

3. *B. C. D.* *Acta num. 37.*
DISSERTATIO IURIS MILITARIS
DE *1713 17*
PERMUTATIONE
CAPTIVORVM,
von *11*
Auswechselung derer Kriegs-
Gefangenem/

P. 45 *Q. UAM*
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE
BRANDENB. & reliqua
PRAESIDE

IO. FRIDEMANN SCHNEIDER,
Ph. & I.V.D.

PHILOSOPH. ORDINARIO, JVRIVM EXTRAORDI-
NARIO, PROFESSORE
IN AUDITORIO MAIORE

D. April. ANNO MDCCXIII.
Publico ac modesto Eruditorum examini subiicit

IO. FRIDERICUS GMELIN
LL. Cultor Stuttgardia-Wurtembergicus,

HALAE MAGDEBURGICAE,
Typis JOH. GRUNERI, Academ. Typogr.



S V M M A.

Romanorum mores ac leges circa captos adducuntur §. I. Ex his orta servitutis apud alias gentes indicatur abrogatio, adiectis abrogandi causis, circa quas Stammii ac Hujani error expenditur. §. II. Temporis calculus, quo abrogatio illa facta sit, a Jo. Bodino indicatus, refertur. Transitus fit ad præsens argumentum. §. III. Jus detinendi captos designatur. Quinam captorum nomine veniant? Zentgravii hac in parte nimia subtilitas depula est. §. IV. Gentilis & Grotii sententia reicitur, explicata L. 5. §. I. D. de captiv. §. L. 19. §. 3. D. b. l. §. V. Nominatum in Grotii Principium: e modo personas & res captas adquiri, quo amittuntur, inquisitum, ac Belli iudicium hac de re commendatur. §. VI. Ius circa captos principi, non militi convenire probatur, legesque obstantes solvuntur. Limitatio additur de excursionibus liberis, salua tamen publica captorum exhibitio- ne. §. VII. Quam non Principi modo, sed, eo in bello absente, Ducieius competere, ex recentiore iure militari deducitur, indeque Grotii & Cote- rai opinio restricta est. §. VIII. De tempore exhibitionis, itemque de exami- ne captorum ab Auditore Generali suscipiendo, atque huius obligatione in rationibus reddendis de facta permutatione agitur. §. IX. Neque obstat a) captorum oblationem Generali Potestati dent Gereral Servaliger factam, cuius saltim est captos custodire, donec liberentur b) lytri perceptionem privatis capientibus concessam, eamque contumeliam esse cum personarum selectis demonstratur, solutiis iuribus militariibus, qua repugnare videban- tur. §. X. Relicto iure Principis circa captos, modus hos liberandi iam ipsi, quam eius delegato, nempe Duci permititur. Diviso eius in redemptio- nem ac permutationem, atque huius descriptio inseritur. §. XI. Differen- tia evolutur (1) a gratuita dimissione (2) a redemptione modo dicta, Ius per- mutandi bellum Dominis proprium esse, multis rationibus evincitur. Ad ob- stantia in r. militaria respondet. §. XII. Norma est permutandi non vo- luntas victoris, sed pactum ab viraque belligerantium parte conventum. Ad quod valide ineundum requiritur bellum Dominorum (1) speciale manda- tum (2) subsequens ratificatio. Qua occasione solvitur dubium §. L. 5. D. de pact. & exempla talium pactorum militarium breviter enarrantur. §. XIII. Injustitia permutationis defensa est contra Bocerum. §. XIV. Novum Boce- ri dubium solvitur: Machiavelli quoque & Grotii argumenta hac de re excutiuntur. §. XV. Permutationis casus, secundum personas ea dignas dividuntur. Rationes cur militum gregariorum permutatione premituntur eaque suscipienda sit sine differentia (1) nationis (2) obligationis (3) con- ditionis (4) operarum militarium (5) loci captiuitatis. §. XVI. Permutatio-

nem tamen militum non insituerandam esse cum turbatione prudinum § gratuum, exemplo equitis cumpedite capto non permittendo offenditur: illius pre hoc praerogativa indicatur ex pœna regradationis. Obstans L.c. de praef. T. Prætor. Magistr. milit. solvitur. Deinde Hosteri dubia assertio conciliatur, ac denique obiectio ex conventione d. A. 1702, initia removetur. §. XVII. De Draconiorum permutatione iudicatur ex arbitrio cuinsque belligerantis, quo gradu militia istos esse iussit. Qua occasione queritur, num veterani cum novitiis in permutationem venire possint? §. XVIII. De militum prætorianorum ac palatinorum officiis eorumque loco surrogatorum, militum domesticorum, protectorum, aliorumve permutatione, premissa tamen divisione & adplicatione ad mores hodiernos agitur. §. XIX. De militum voluntariorum in bello operis, indeque pendente permutatione & iure militari novissimo disputatur. §. XX. Bar. ab Enenkel, Theodori & Beieri obiectio contra illam motu respondetur, subiuncta questione de auctoratorum permutatione. Dubiumque, quod de præda utrorumque militum excitatum, dissipatur. Num vero militibus voluntariis de impenso auctio negotiorum gestorum contra Dominum belli conveniat? ex Martino Laudensi queritur, eiusque decisio expenditur. §. XXI. De militum capitulatione utentium permutatione sub distinctione. Voetii argumentum una cum LL. obstantibus perpenditur. §. XXII. Transitus ad permutationem officialium, ad quam recte insituerandam & paritas officiorum, & utilitas expeditionum commendatur. Ad paritatem officiorum inventendum conducere divisionem officialium, secundum ius novissimum militare offenditur. Difficultate, qua hac in parte recurrere potest, ex Brandtachii iudicio indicata, mediumque illam superandi adfertur. §. XXIII. De utilitate officialium, & meritis eorum fit iudicium, insperso exemplo de Duce cum Legato permittendo, illustratur. Due questioes intuitu utilitatis militaris evolvuntur: quarum una, an natus sit e.g. Ducem hostiutilem servare potius captum, quam permuttere? altera, quid de patre illo censendum sit, quo officialis a capiente dimittitur sub fide data, ne amplius contra eum militare velit? Restrictio Pufendorfii ad bellum defensivum facta reicitur. §. XXIV. A permutatione hac excipitur belli Dominus cum ex indaice, tum ex pagane gentis iudiciis ac moribus. Dubia, quæ partim aredemptione, partim a vulgaris regulæ suscitantur, soluta sunt. §. XXV. Difficultas, quæ occurrit circa inventum principem, via distinctionis expeditur. §. XXVI. De Duci capti permutatione, quam difficilis illa sit suscepit, duobus exemplis monstratur, quorum novissimum est Gallorum Ducis Villaregii. §. XXVII. De mixta permutatione ducis, dato exemplo, agitur, iuncta etiam ea, quam pro Regulo Romani tentaverunt, omnes captos eius loco offerentes. §. XXVIII.

Et

Ex diverso ducem captiuorum iure repressaliarum retineri posse pro captis
copiis, evincitur recente exemplo de Due Bufflerio collato cum presidia
Diximydensi. §. XXIX. Dux permutatio, mandato cum libera uten-
tis, admittitur eique oppositacio, quod belli Dominum representet, elimi-
natur. Num Dux minus prudenter, in officio suo versatus & captus,
permutationem mereatur? Romanarum & hodiernarum gentium mo-
res de hoc casu sub examen vocantur. §. XXX. Captorum officia in die
zu dem General Stab gehören permutatio indicatur atque ad certam
normam restringitur. In primis de Auditore Generali ventilatur con-
troversia eaque ex iuribus & pactis militaribus composita est. §. XXXI.
De permutatione captorum officia in die zu dem Regiments Stab ge-
hören ita tractatur, ut ea dirigatur (1) ad mutuam officiorum compara-
tionem (2) ad compensationem, secundum lytri estimationem, invenien-
dam, (3) ad lytri suppletionem, si quid in valore permutandi deest. Initetur
quoque mentio de permutatione propularium in bello officia in §. XXXII.
De officiali capto, in cuius persona plura officia concurrunt, qui secundum
principium commutandus est, quod probatur partim ex publicis pactis, par-
tim, praejudiciis. Dubium, quod obiectum est ex trita letorum sententia,
solvitur §. XXXIII. De officiali also profidente coram Auditori Generali ma-
ius officium, secundum quod redimendus, non tamen permutandus esse vi-
detur, nisi permutatio sit mixta. Ratio quoque excusandi destruitur. §.
XXXIV. De voluntariorum & autoratorum officia in permutatione, in
primis causa adducitur, cur autorati capti amissum officium suum indicare
debeant; corumque cum vexillariis Romanorum comparatio. §. XXXV.
Dux aut tribuni bene meriti permutatio, accidente Republica per
periculum, cum vive innocentie facta defenditur. Zigeleri & Ofiandri dubiis
respondeant, Culpisi de casu hoc distinctio laudatur. §. XXXVI. De
captiuorum officia in permutatione, interveniente urbium, munimen-
torum ac iurium traditione, perfecta. Boeleri error confutatur.
§. XXXVII. De dimissorum officia fide habita, si aliorum dimis-
sionem se procuraturos esse promiserunt. Cuius intuitu distinguntur
casus, quorum (1) denegligente fidei, eiusque pena secundum ius militare
novissimum, (2) de servante fidei, sed morte permutandi impedito,
ubi distinguitur inter mortem preventiem, aut sequentem dimissionem,
itemque inter iuris civilis ac militaris dispositionem, quod secundum
hoc, morte alterius preventiente, ad lytri solutionem dimissus obligetur
& Gentilis & Grotii sententia, quam praxi militari stabilivit Burgerus,
(3) de impedito ob dissensum sive permutandi, sive eius, qui alterum
captiuorum tenet: de utroque modo inseruntur exempla adiecta decisio-
ne secundum ius militare, ut vel lytro se redimat, vel in captivitate
rede-

redeat. Hoieri sententia ea de re laudatur. §. XXXVIII. Sequentur per-
sonae, quae exceptae sunt a permutatione, una cum causis exceptionis.
Quarum (1) Aetas, quae pueros excipit, non obstante militari commina-
tione, daß des Kindes in Mutterleibe nicht solte verschonet werden. Gra-
tis autem pueri dimittuntur, nisi impuberi capto tribunatus aliudve of-
ficium sit collatus, quod tam antiquo, quam novo iure militari usitatum
esse probatur. §. XXXIX. (2) Sexus, qui feminas eximit,
earumque gratuita dimissio indicatur. Hoierus contra Müllerum de-
fendit. Limitationes inseruntur de feminis a) virili toga utentibus b)
in expeditione versantibus c) ex iure retorsianis d) ex iure covenantio-
nis permutandis. §. XL. (3) Officium a) Ecclesiasticum. Pastores milita-
res regulariter gratis dimittuntur, quod ad studiojos extensum est. Redi-
muntur vero ac permuntur, ubi expresse conventum est. §. XLI. b)
Politicum, de quo tamen sub distinctione agitur, eique tantum liberan-
tur a permutatione, qui officium sustinet, quod cum militia immediata
connexionem non habet e.g. aulicum. De scribis lustratoris con-
tenditur, ac Boceri error corrigitur. §. XLII. (4) Mercimonium, vicinus
aliqui venalitarios a permutatione liberandos esse volunt, ut Walther
ac Bürger, quorum sententia examinatur ac refutatur ex ipsis publicis
pacitis. Aliud statuitur (5) ob ministerium, quo famuli liberantur aper-
mutatione. Regula testimonium Imola hac de re profertur. §. XLIII.
Indigni permutatione sunt (1) milites vagabundi, a quibus distinguin-
tur in excursionibus occupati (2) transfuge, quorum restitutionem pre-
na causa exigendam esse, ostenditur. Grotii de his sententia examina-
tur, ac Ferreii exceptio iuris militaris rigori contraria esse probatur. (3)
dediti, quod intempestiva dedito severa sit prohibita ex iure militari,
tam veteri, quam recentiori demonstratur. Exemplo de Gubernatore
Duxmydensi illustratur. (4) desertores, quorum pena § iure milita-
ri, tam antiquo, quam novo designatur. Dubium de permutatione de-
sertorum solvitur. (5) inter calones ac lixas versantes. Horum interest,
testimonio quodam innocentiam suam probare. Excluduntur vero ab
his, qui custodes sunt sarcinarum, quos permudandos esse demonstratur,
§ totum Argumentum hoc finitur. §. XLIV.



B. C. D.

DISSERTATIO IURIS MILITARIS

DE

PERMUTATIONE CAPTIVORVM,

Von

Auswechselung derer Kriegs- Gefangenem.

S. I.



Emo adeo hospes est antiquæ historiæ,
qui ignorat priscis Romanorum mo-
ribus usitatum fuisse, non tam redi-
mere, aut permutare, quam potius,
quaç eius gentis erat inclemensia, ca-
ptivos in duram perducere servitu-
tem. Monimenta eius rei non apud
historicos solum extare solent; e qui-
bus faltim I. Livium in Lib. XXII, cap. LIX. & LXI, atque Eu-
tropium in L. III. adduco, sed & Poëtas, maxime vero Ho-

A 2

rarium

4 DISS. DE PERMV TATIONE

ratiam in L. III. Od. V. eadem suppeditare possunt. Neque leges, quae in Pandectis ac Codice cum cura collectae fuerunt, alium captivorum statum lectoribus ostendunt. Namis itaque longus esse, si, que inter Romanos olim obtinuit, captitatem cum illa, que inter hodiernas gentes Europaeas, tantum non omnes, recepta est, pluribus contendere vellem. Quis enim non intelligit, me hauc monitore, ista veterum Romanorum captitatem invastis servitus, nihil tristius, nihil quoq; miteratione dignius usquam fuisse. Cum plane inestimabilis res sit naturalis libertas, ideoque eamdem perdere, omnes exsuperat calamitates. Licet vero, Seneca iudice, in L. de vita beata cap. XXV. longe conscientiosius egerint Romanii, dum captivos non occidebant, sed servabant §. 3. Inst. de Iur. person. L. 239. §. 1. D. de V. S. Nihilominus, qui captivorum illorum conditionem penitus inspexit, quoties ad munia quæque vilissima fuerunt adacti, & morte quavis graviores sustinuerunt questiones, is omnino habet, quod illorum hominum sortem deploret. Hinc multum causæ fuit illi Spartano, cuius Hugo Grotius mentionem facit L. III. de J. B. & P. cap. XIV. §. II. n. 1. dicenti: *Se captivum, non servum esse.*

§. II. Atque hinc modo laudatæ gentes illam libertatis iæturan, ut satis inhumanam; ita quodammodo invidam rei militari, tollendam esse, censuerunt. Num vero, religione christiana invitante, aut cooperante, utpote clementiae ac humanitatati valde amica, hoc perfererint negotium, seu Hugo Grotius in lib. III. de J. B. & P. cap. VII. §. IX. Scit. Lib. cap. IX. §. XIX. itemque Franciscus Frid. ab Andler in Iurisprud. Privat. & Publ. Lib. I. Tit. VI. n. 10. seq*judicant, in præsenti copiose non disquirro. Sicco tamen pende non prætereunda est ratio illa, quam Io. Hermannus Stamm in Lib. I. de Servitut. Person., Tit. I. cap. IV. & Io. Frid. Husanus in Tr. de Hom. propr. cap. I. n. 37. seq *de abrogatione huius servitutis in medium proferunt. Scilicet hunc captitatis effectum cessare in bellis civilibus; christianorum**

v-

CAPTIVORVM.

verò plus quam 'civilia esse bella: eum unius corporis mystici in Christo membra sint; iniquum censuerunt, captos interfice in duram illam servitutis conditionem conuicere. Ac enim bellum civile non bellum est, sed coercitio rebellium, ideo milites in eo comprehensi non ut hostes, sed ut delinquentes tractantur L. 21. §. 1. D. de captiv. quippe quibus ex gratia tantum aliquid praestari potest, de iure nihil debetur. De iuribus ergo militum propriis, uti sunt de redimendo, aut de permutando, sibi gratulari nequeunt. Unde Christianorum bella male comparantur cum civilibus, quæ iniusta sunt: cum contra bellum Christianorum nullum non debeat iustum esse. Parum quoque caute additur, quod, Christiani interfice hostes, sicut unius corporis mystici in Christo membra, id partim falsum, partim ab arte iuris alienum est: illud, quia inter Christianos veros qua tales vix dantur bella Hugo Grotius de J. B. & P. Lib. I. cap. II. §. VIII. n. 1. & bello iniusto existente desinunt belligerantes esse membra corporis mystici in Christo; hoc, quia conclusio probanda est iuris militaris, cuius ratio e Theologia revelata peti non potest, nisi quis transitum de genere in genus sat vitiosum committere velit. Et cum probe conscient sim eorum, quæ Grotius locis paulo ante citatis tradidit, quod Muhametis religioni addicti populi, inter se bella gerentes, non amplius captivos suos redigant in servitutem, non video, quomodo mitior illa captos milites tractandi ratio possit proprius religionis christianæ effectus esse. Ne dicam de paganis, quorum prudentiores calamitosam illam servitutem, captis illatam, improbaverunt. Sic autem Seneca optime hanc in rem scripsit Ep. 47. Servi sunt? immo homines: Servi sunt? immo contuberniales. Et perinde Plutarchus narrat. Quest. Greco. p. 295. olim inter Corinthios & Megarenenses bella gesta ήμέρως νοστρογεννώς mansuete & ita ut populos consanguineos decebat. Si quis captus esset, habitum ut hospitem, & fide de pretio accepta, dimissum domum. vid. infra §. V. in fin.

A 3

§. III.

DISS. DE PERMUTATIONE.

§. III. Neque mihi libet temporis calculum examinare, quem Io. Bodinus in Lib. I. de Republ. cap. VII. subduxit, & anno quinquagesimo saeculi decimi tertii hanc servitutis abrogationem factam esse, existimavit. Cum nullus dubitem, quin Icti, & que ac Chronologi, inveniant, quod disceptationem circa commissum calculi errorem mercatur; salvo etiam manente iure retorsionis contra infideles in servitutem abducendos, per Rec. Imper. de anno 1542. §. und wiewohl verb. in die Tyrannische und Viehische Dienstbarkeit. Vid. Petrus Gudelinus de Iure Noviss. Lib. I. cap. IV. & Io. Schilterus in Exercit. III. ad Pandect. §. I. (b) Non enim tam sollicitus sum in hoc argumento de antiquo, quam de paullo recentiore iure militari. Meum ergo animi propositum est, ex hoc, adhibitis eius iuris solidis fundamentis clare demonstrare, quod, licet sublatu isto iure victoris, quo quisque captos efficere servos potuit; nihilominus illi etiam cum conveniat ius in bello captos tamdui detinendi, custodiendi, & ad cerram quodammodo speciem homagii, quod secundum diversas cuiusvis gentis leges praestandum, obligandi, donec legitima quædam occasio eosdem liberandi tele offerat.

§. IV. Ius vero hoc detinendi in captos exerceri, ex eis, quæ mox sequentur, satis manifestum erit. Inde captorum, antequam de illorum permutatione aliquid decidatur, ratio maxime habenda est. Quorum nomine intelligo omnes, qui, simul ut in publico ac solemni bello ab occupantibus adquisiti sunt, in potestatem capientium transeunt. Sic enim ipse Iustinianus Imperator istam, quæ superesse poterat, dubitationem avertit decisione sua, quæ in §. 17. Inst. de R. D. comparet: *Quæ ex hostib[us] capimus, inquit, iure gentium statim nostrafiunt.* Non saltim ex illa ratione, quod nullius sint eo tempore, quo capiuntur; sed quod ob iniuriam, quam vel intulerunt, vel inferunt, ut vita, libertati, ac rebus eorum parcatur, se indignos reddiderunt, ideoque dum capiuntur, illis iniuria non infertur, sed potius au-

CAPTIVORVM.

aufserri videtur. Etsi autem hoc ius captivitatis in se certum est; sunt tamen, qui de eo fluens in simpulo movere nituntur. Ex quibus non Albericus Gentilis modo in Lib. III. de J. Bell. cap. XVI, sed & Hugo Grotius de J. B. & P. Lib. III. cap. VI. §. III. n. 1. 2. compellandus est: uterque horum evincere vult, non prius captos in potestate capientium redigi, quam in præsidia horum deduci sint. De quo merito mihi dubitandum est, non hanc ob causam, quam loachimus Zentgravius in Disp. de cade hostium captivorum §. II. nimis urget, quod in iure naturali solidum id non habeat fundamentum; nec gentium hac in re consensus probari possit sufficientibus exemplis: sed propter naturam occupationis hoc accidit, cuius species est captivitas: ac proinde naturalis adprehensio personæ, aut rei, ad perficiendam illum sufficit. Ius enim naturæ, tametsi non respuit ius captivitatis, tanqnam proximum belli effectum; interim tamen non secundum omnes circumstantias, uti hic loci est, istud determinat, sed belligerantium arbitrio hanc definitionem relinquit. Ad gentium hac in re consensum parum caute remittit Doctor ille Argentinensis, utsore qui vel ambi guus erit, si exempla intueamur, vel invalidus ad producendum iuris effectum, de quo unice queritur. De duorum enim vel trium populorum pacto, hac ratione inito, eodem Zentgratio fatente, lis non agitur.

§. V. Post depulsa Zentgravii tenebras, prælente mihi Imperatoria decisione in præc. §. IV. nunc multo uberioris dispiciendum erit, de his, quæ ab Alberico Gentili, eumque perperam sequente, Hugone Grotio opponuntur. Etenim captos dum putant, ubi intra fines, id est, præsidia hostium perduci fuerunt. Cui sententiae fidem conciliare satagunt legibus Romanis, quæ hoc negotium luculentiter explicare videntur. Ita excitant L. s. §. 1. D. de capte. ubi Pomponius captum dicit eum, quem hostes ex nostris cœperunt, & intra præsidia sua deduxerunt: antequam enī in præsidia deduceretur hostium, manere eivem. Quo cum

8. DISS. DE PERMUTATIONE

cum coincidit Pauli iudicium in L. 19. §. 3. D. h. t. militem amitti, ubi fines nostros excessit. Verum leges illae de conservanda, non de perficienda captivitate præcipiunt. Captorum enim intra præsidia deductorum longe certior & lecurior est custodia, quam extra eadem: exinde tamen non sequitur, ut tum demum captivitas inceperit, quando arctior tantum per istam deductionem in præsidia facta est. Et sane ipse Grotius, cum l. c. n. 2. perductionem illam in præsidia refert ad continuandam captorum possessionem, ratiōne innuit, titulum adquirendi sive imperii in personas, sive dominii in res captas, ab ea non petendum esse. Neque insuperabilis est illa difficultas, quando in cit. L. 5. §. 1. D. de capt. disertis verbis habetur, captum, antequam perducatur in præsidia, manere civem. Siquidem eo sensu civis manet, quo animum scilicet revertendi, & ab hostibus se subducendi, nondum deposituisse præsumitur, quamdui extra hostium præsidia existit, licet eorum manibus, aut vinculis detineatur. In homine enim capto semper considerandus est animus, quo non prius incipit desperare de reditu ad suos, quam intra præsidia perducitur. Unde sub hac spe civis manet, et si revera in potestate hostium versatur. L. 5. §. 3. D. de capt. Secus autem si modus hic capiendi declaretur, supervacaneum erit omne patrum, quo capti quoque antequam in præsidia deducuntur a viatore suo, sola fide in pignus relicta, auf parole, dimittuntur. Nihil enim refert iure militari, fides quem, an vincula adstringant.

9. xl. Ex dictis quoque iudicium ferri potest de illo principio, quod Hugo Grotius l. c. pro semel electa sententia sua porro obiicit; nempe, eo modo personas & res captas adquiri, quo amittuntur: Hominis enim & rei in hoc gentium iure eamdem vult rationem esse. Sed notandum est hoc Grotii dubium ex eo satis everti posse, quod capros adhuc servos fieri, falso præsupponit, uti ostensum, indeque comparationem personatum & rerum captarum

CAPTIVORVM.

9

rum deducit. Deinde Grotius sibi adversari videtur, cum statuit, in solo pacato eorum populorum, qui neutras belligerantur partes sequuntur, bellum esse permisum. Ergo & captivitatem, tamquam proximum belli effectum, ibi excludere nequit in lib. II. de I. B. & P. cap. II. §. X. Nam vero si ad hunc casum adplicetur eius principium, protinus constabit, quanto pere fallat. In solo enim pacato capti adquirantur a capientibus, non tamen in illo amittuntur, ut ut fuga ad has gentes se receperint, quia inter gentes in bello medias ius postlimii esse non potest, Grotio id ipsum defendantem in lib. III. de J. B. & P. cap. IX. §. II. n. 2. & illustrante exemplo Romano-rum, bello Punico secundo captorum, quia ad Gracos, neutras partes obserantes, consugerant, ut tamen libertatem obtinerent. Quare fallum est principium hoc, Grotio etiam teste, quo modo amittuntur, eodem modo capti adquiruntur. De singulis autem uberioris disceptavi, ut luculenter pateret, non captos solum in solo sive hostili, sive pacato, & fide habita dimissos, sed intra praesidia etiam deductos ad permutationem illam militarem pertinere. Interim totam hanc litteram confirmare libet verbis Petri Belli in P. IV. de Re Milit. Tit. 3. Hanc partem, inquit, vidi moribus atque usu receptam, statim enim cum quis se dedit & insignum deditio-nis consignat & tradit ensim, vel quod aliud armorum genus, ita transi in potestatem illius, ut nemo aliis, qui sit eius partis, ius in eum acquirere posse, nisi forte a suis recupe-ratus.

§. VII. Quamvis vero per milites tam officiales, quam gregarios capti adquirantur; nihilominus ius in eos a nemine, quam a Principe, qui auctoritate sua & sumtibus sustinet bellum, recte praetendi atque exerceri potest. Milites enim tantum se habent, ut instrumenta, quibus Princeps ad aliquam regionem occupandam, & exercitum hostis debellandum utitur. Hugo Grotius de I. B. & P. Lib. I. cap. V. §. III. Pro acceptis quoque stipendiis operas suas militares
B

10 DISS. DE PERMVTATIONE

res præstare solent, inde proclive est ad iudicandum, quod quo scunque ex hostibus capiunt, Principi, pro quo bellum gerunt, adquirant. Neque ab hac sententia me revocat idem Grotius qui in *Lib. III. de I. B. & P. cap. VII. §. V. & §. IX.* n. 5. captivos esse in potestate singulorum, qui ceperunt, pluribus contendit. Præterquam enim quod Grotius ipse inter milites personas quasdam eximiae dignitatis, in quas re publicæ aut eius capiti, ius dat, plerarumque gentium usu ita exigeante, exceptit; cum tamen iure gentium reliquos captos a singulis militibus adquiri, valde tueatur, ita intelligendus erit, ut id iuris gentium sit ante omne particolare, ea de re conditum, ius militare. Quare nihil quidquam mihi officere possunt, quæ ex iure Romano excitantur *L. 5. §. 1. D. de Stat. hom. L. 5. §. ult. & L. 7. pr. de A. R. D. §. 17. I. de R. D.* secundum quas bello capti sine discriminè in privatorum potestate rediguntur. Id enim aliter concedere non possum, quam quatenus illi permisso ac consensu superiorum sibi adquisiverunt captos, statu populari, aut mixto Romanorum, eo tempore hunc occupandi modum tolerante: vel quod extra etum publicum capiunt milites, non intelliguntur capere, ut ministri, iudice Celsio in *L. 51. D. de A. R. D.* Unde est, quod, si quid capiunt milites, non in procinctu, aut in eo, quod facere iubentur; sed in eo, quod promiscuo iure, aut solo permisso faciunt, id statim sibi adquirant, deficiente quasi publico ministerio, cum militaris occupatio accidit procul ab exercitu, in liberis excursionibus bey Ausgehung auf Parthey/ quæ non olim modo, sed etiam nunc frequentantur. Sic secundum ius militare hodiernum, præsertim Danicum, art. 130. decernitur, wann von kleinen Partheyen Gefangene eingebracht werden/ daß solche bleiben sollen demjenigen/ so die Parthey gehüret/ salva tamen illa exhibitione captorum publica, de qua in lequenti §. VIII. differam. Taceo illos, qui sine stipendiis militiam sequuntur, quibus spolia hostibus erepta, æque ac capti, iure compensandi debentur. Vid. *D. Io. Tesmar de Pilazio.* §. VIII.

CAPTIVORVM.

ii

§. VIII. Postquam ergo Reges, Principes ac Respu-
blicæ, aliter hoc ævo inter suos constituerunt, & potestatem
privatorum in captos, publice condito iure militari, modo
anteverterunt, modo restrinxerunt, necesse est, ut, quomodo
multis in locis prætenso illi gentium iuri derogatum sit, paul-
lo latius expendam. Evidem inter omnes expeditum est,
captorum exhibitionem pertinere vel ad ipsam Regem ac
Principem, si exercitu suo intersit, aut eius loco ad Duxem
aliumque supremum militiae officialem, hanc flagitante non
iure solum militari, sed & quotidiana praxi eius, secundum
quam pronunciatur, daß die eingebrachte Gefangene vom Feinde
müssen so fort bey dem commandirenden General geführet und
dasselbst zu erst angegeben werden. Ne cui dubium oriri queat,
ipfa iurium militarium testimonia haec de re adducere libet.
Sic Maximilianus II. gloriose memoriae Imperator sapientis-
sime captivorum hanc exhibitionem præcepit in A. B. art.
62. Mit den Gefangenen/ was deren von Kriegesherren/ Führ-
sken oder Feld-Obersien wären / sollen wir oder unsere
Feld-Obersien oder Befehlhaber/ denen sie auch überantwortet
sollen werden/ zu handeln haben/ doch soll denienigen/ so sie ge-
fangen/ billiche Ergötzung und Verehrung dagegen geschehen.
Idque præceptum longe utilissimum repetit in der R. B. art.
94. Wann sich auch begebe/ daß mit Hülffe des Allmächtigen/ der
Feinde Feld-Obersien oder Feldhauptleute/ durch die Reuter gefan-
gen würden/ sollen dieselbe Personen zu uns oder unsern Obersien/
oder desjenigen Händen/ der das Befehl haben würde/ gegen
stattlicher und billicher Verehrung gefestet werden. Et quoni-
am haec Imperatoris iura videbantur magis ad captos offici-
ales, eosque supremos, quam ad inferiores, aut gregarios mili-
tes spectare, admodum prudenter subiicitur in cit. R. B. art. 95.
Wo aber ausser dergleichen Feldobersien und Feldhauptleuten an-
dere Personen gefangen würden/ da mag ein ieder ic. Doch sollen
alle und iede Gefangene für dem Feldobersten angezeigt werden.
Æquitatem huius negotii demonstrant reliqua iura militaria,
in primis die Schwed. A. B. art. 87. Alle Gefangene sollen zu-
vor

B 2

DISS. DE / PERMV TATIONE

vor uns præsentiret/unbzu handen gestellet werden. Parem, si non clariorem, dispositionem legere licet in Dāniſche A. B. art. 130. Alle in den eroberten Städten und Pläcken/ auch öffentlichen Feldschlachten bekommene Gefangene sollen uns alleine zu gehören. Ne quid autem in fraudem huius legis committatur, eaque exhibito tantum intelligatur de captis in publico, non in privato conflictu, quia sub finem excitati huius articuli dictum est de captis in liberis excursionibus, quod capientibus relinquendi sint, uti §. præced. quoque memoravi, ideo sapientissimus legislator libertatem illam hoc pacto temperavit in art. 131. iedoch soll ein ieder so vom Feinde einige Gefangene eingebracht/ selbige demjenigen/welcher im Quartier das Ober Commando hat/ noch vor Abends vorstellen. Neque dissentit Potentissimus Rex Prussiae in Brandenburgischen A. B. Tit. XIV. art. 70. Anfangs sollen uns die Gefangenen præsentiret werden. His exakte conveniunt ea, quæ partim præscribuntur in A. B. Chursächs. art. 39. Mit den Gefangenen/ was deren von Krieges-Herren/ Fürsten oder Obersten wären/ sollen Ihr Churfürst. Durchl. derer Obristen/ Feld-Hauptleute/oder Lieutenant/zu handeln haben. Denen sie auch überantwortet werden sollen: partim ex ratione belli deducuntur in Oberfächs. Kreis A. B. art. 31. Ihr Churfürst. Durchl. behalten Ihr nach Kriegs-Gebräuch/ ausdrücklich bevor/ die Principal-Gefangenen/ als hohe Generals und Standes-Personen/bis auf die Obristen mit eingeschlossen. Et paullo post codem art. Die andern Gefangenen sollen dem Obristen/Obristen-Lieutenant/ Obristen-Wachtmeyer/ und Hauptleuten angezeigt werden. Sane tempus me deficiet, si singula superiorum iusta, circa exhibitionem captorum promulgata, enarrare vellem. Ex quorum inter se collatione facta iudicium ferri potest de sententia Hug: Grotii in Libr. III. de J. B. & P. cap. VII. §. IX. in f. & Claudii Coterei in lib. I. de iur. milit. & privileg. cap. XXV. qua ius hoc captos servandi solent concedere singulis qui ceperunt extra personas eximias dignitatis: in has enim rei p. 123

CAPTIVORVM.

13

publicæ, aut eius capiti, ius dare plerarumque gentium mo-
res, facentur.

S. IX. Neque tamen prætermittendum hoc arbitror,
quod & tempus adiiciatur in quibusdam articulis juris mili-
taris, intra quod tenentur capientes exhibere captos suos. Id
vero vel certum est spatio triginta sex horarum Brandenbur-
gisch. A.B. Tit. XIV. art. 69. niemand soll seine eingebrachte
Gefangene über sechs und dreyzig Stunden bey sich behalten/
consentiente iure militari Suedorum A.B. art. 77. da von
Feind gefangene eingebraucht werden/ soll niemand weder ho-
he noch niedrige Officier, noch die Regiments Professen diesel-
ben über 36. Stunden bey sich behalten/itemque Zürch. A.B. art.
72. aut viginti quatuor horarum secundum ius militare Bruno-
vicente Tit. XIII. art. 50. Alle vom Feind Gefangene soll kei-
ner/er sey wer er wolle/ dieselben über 24. Stunden bey sich be-
halten/ calculum hunc probante Hug. Grotio lib. III.
de J.B.S.P. cap. VI. §. II. n. 2. vel incertum, quod in Dáni-
schen A. B. art. 131. noch vor Abends vorzustellen/ id ipsum
arrisit Batavis vid. Holländisch A. B. art. 59. Ein jeder/ wes
standes Er sey/ soll alsbald/ und noch vor dem Abend bey dem
welcher in Quartier das Commando hat/ den Gefangenenen
den Er vom Feinde bekommen/ vorstellen/ addita poenæ ca-
pitalis comminatione, bey Straffe/ daß der gesangene ihm ge-
nommen/ und er noch darzu am Leben gestrafft werden soll. Que
iuris decisio ceteris longe præferenda est, cum rationi belli
congruat, occasionem captare, adeoque tempus ad exhiben-
dos & examinandos captos coarctandum potius, quam ex-
tendendum esse. Interest enim eius, qui dicit exercitum, a
captis, sibique oblatis, hostium, quantocius fieri potest, ex-
plorare consilia, ut expeditione sua illa prævenire valeat,
Balthasar Ayala in lib. I. de iur. & offic. bell. cap. V. n. 28. seq.
B. D. Adrian Beier in Jurisprudent. Milit. lib. I. Tit. XIII. th.
I. 6. 3. in fin. Factam opportunò tempore hanc captorum ex-
hibitionem, more magis, quam iure, sequitur eorum examen,

B 3.

in

14 DISS . DE PERMUTATIONE.

nisi quod ius militare Danicum saltim expressis verbis illud poscerit cit. art. 131. daß diejenigen so vom Feind einige gefangene eingebrochen/ selbige dem / welcher im Quartier das Ober- Commando hat/ noch vor abends vorstellen/ und NB. nach dessen Befehl sie bey den General Auditeur einschreiben und examiniren lassen. Id ipsum repetitur in der Königl. Dänischen Kriegs-Gerichts Instruction cap. VI. §. 38. Alle gefangenen vom Feinde/ wenn sie von der Generalität den General Auditeur zu geschickt worden/ soll er examiniren/ ihre Aussage richtig niederschreiben/ und der Generalität davon Nachricht geben/ auch soll er von denen gefangenen eine Liste halten. Examen vero hoc uti dictum, Auditori Generali, aut alii, cuius fidei rationes lytri creditæ sunt , der die Plantzion-Rechnung in Händen hat/ committitur, ea ratione perficiendum, ut capti iubantur indicare (a) die Zeit ihrer Ankunft/ quia ab eo tempore computatur, præsertim quod ad captos milites gregarios attinet mensis, dies & hora, vier Wochen/ vier Tage/ und so viel Stunden/ intra quæ quisque vel redimendus, vel permundus est. Nam praxi miliari receptum est daß eine jede Partey soll ihre gefangene in Monats Frist/ von der Zeit der Wissenschaft an zurechnen/ auszumechseln verbunden seyn. Quo tempore elapsso, nec spes liberationis interim facta est, operas victori addicere licet. Franciscus Bonbra de Arte belli & pac. Disc. XXIV. in fin. Joachimus Burger in Cent. I.O. XXXI. Nisi expressè conventum daß denen Kriegs-Gefangenen nicht erlaubet seyn sollte / sich in andere Kriegs-Dienste einzulassen vid. daß Cartel d. 31. Augusti 1702. inter Imperatorem eiusque Eoderatos ac Regem Galliae initum art. 56. quod refert Antonius Faber in der Europäischen Staats-Canzley. P. VII. cap. XIV. (b) von nem Sie eingebrochen/ quod scitu necessarium vel propter remunerationem , wegen stattlicher und billischer Verehrung/ quæ capientibus personas eximia dignitatis decernitur §. VIII. vel propter lytri participationem , de qua plenus dicam §. XI. (c) wie sie heissen/ (d) von was Regiment oder Com-

CAPTIVORUM.

15

Compagnie sie seyn: quorum illud ad suppositionem falsi aver-tendam; hoc ad merita militaria investiganda conductit, requi-rente id singulari specificatione, daß in der specificati-on die qualität und quantität derer Gefangenen gehacht werde. Cartel cit. art. 41. (e) was ein jeder bedienet quia secundum differentiam cingulorum & officiorum ipsa permutatio insti-tuenda est. Atque ex his circumstantiis in scripturam reda-ctis, da eine ordentliche Liste darüber gehalten wird / id com-modi in usum ac praxin militarem redundant, ut non circa custodiam solum personarum discri-men seruetur, sed & ad instituendam captivorum permutationem facilius perveniri possit, de qua unica me sollicitudo tener. Deinde illa con-signatio ad specificationem transmittendorum captivorum plurimum facit, ut rationes de permutatis ac permutandiseo promtius reddantur, ceu in supra citato Cartel discrete re quiritur art. 40. Ein jeder theil soll allezeit eine specification denen Gefangenen so er überschicket mitgeben und derermitwegen ein Re-cipis vom Commandanten des Orts dahin die Gefangenen re-mittiret werden/ zurück nehmen/damit nach deren Auswech-slung derjenigen von beyden/ so den andern schuldig verbleiben/vor-ge tragen könne/ entweder an Geld oder Auswechslung satisfa-ction zuschaffen. Quemadmodum igitur Auditor generalis est executor huius pauci iuxta clausulam in Cartel d. a. 1674. die General und Ober-Auditeur sollen alle behörige Anstalt vor-zuführen wissen/damit in ein und andern/ denen in diesen Cartel beschriebenen Puncten fleißig nachgelebet werde / ita de permu-tatis ac redemptis rationes reddere tenentur, Cartel d. a. 1679. art. 17. ein fleißiges Protocoll halten &c. & in art. 19. ad iustifi-candas rationes exiguntur, daß bey der auslieferung sich die Offici-er gebührend/ durch einen Officier quittiren lassen / und solche Quittung dem General Auditeur besorglichen lassen zustellen.

§. X. Ceterum, quæ alias traduntur, quod captivi, quos quisque natus est, potestati Generali dem General Ge-waltiger sistendi sint, vel vicem eius gerenti, ut in Branden-bursch.

DISS. DE PERMUTATIONE.

bursch. A. B. Tit. XIV. art. 69 die Gefangen sollen dem General Gewaltiger oder in dessen Abwesenheit seinem Lieutenant zur Verwahrung überantwortet werden. Similiter præceptum est in Churhanovischen A.B. art. 76. Alle von Feinden gefangene sollen uns zu unser fernern Verordnung in unser General-Stockhaus geliefert werden/bey willkürlicher Straffe iedoch das einem jedweden die auf den gefangen habende Prætension verb: halten seyn soll. Conferri etiam hac in re meretur das Fürst. Braunschweigisch. R. R. Tit. XIII. art. 50. Verum quæ in medium prolatæ sunt, cunctæ dictis neutquam adversantur, nisi quis ius cum ministerio confundere velit. Generali enim potestati non alia offeruntur mente, quam ut ab ea pro conditione personæ suæ captivi custodiantur, donec in munitione loca transferri, ibique ad permutationem ac cuiusque redemptionem detineri possint. Multominus impedit ius summorum Imperantium in captos, quod in cit. art. §. VIII. nominatum in Maximiliani II. A.B. art. 95. cuivis capienti permitti debeant capti, ut ab iii lytrum petere queant. Sic autem Imperator l.c. præscribit: Wo aber außer dergleichen Feld-Obersten und Feld-Hauptleuten/ andere Personen gefangen würden/ da mag ein jeder der dieselbigen niederwirft und bekommt schäzen/ und Kriegsgebrauch nach damit handeln. Primo enim a me non agitur de redemptione, sed permutatione, adeoque dubium videtur a statu controversiae alienum esse. Deinde cum personarum captarum selectu, & summorum Imperantium præscitu conjuncta est, hæc capientibus permisalys tri captatio, uti ex articulorum inspectione notum, ubi verba hæc itidem recurrunt: Doch sollen die Gefangenen ohne unser oder unser Feld-Obersten Vorwissen nicht ledig gelassen werden. Quod ipsum confirmatur, ac sub gravi poena, in transgressores dictata, iniungitur a Potentissimo Rege Prusiae in Br. A.B. art. 88. die andern gefangenen aber sollen unsere Soldaten behalten und deren Ranzion/ die doch allerwege mit unserm und des Feld-Marschallens Vorbewußt und Zulassung/ bey Vermeidung Leibes

CAPTIVORUM.

bes und Lebens straffe geschehen sollen/ geniesen. Inde omnino perspici potest, non iuri stricto, de quo queritur, sed Regum ac Principum liberæ &que ac liberali concessioni tribuendum, quod per milites tanquam ministros tuos, non omnes captivos sibi solum vindicent, sed quosdam illis etiam concedant, ut eorum augeant atque stimulent animi alacritatem, qua ad plura, eaque fortia facta patranda se se præparent, & data occasione confundent. Nihil enim est, quod iustius militi debetur in laboris sui remunerationem, quam haec lytri de captis largitio, immo nihil est, quod Principes maiori cum compendio dare posunt. Quandoquidem milles intendere solet virtutem ob hanc liberalitatem, & superare eos facili negotio, qui cetroquin, languente militis manu, invicti fuissent. Quare *equum esse*, iudicabant Patres conscripti apud Livium in Lib. II. cap. XLVIII. habere eos, quorum sanguine & sudore quid partum est.

§. XI. Ex his omnibus igitur adparet, ius circa captos solum summi Principis esse, militis vero nullas esse partes circa eos, nisi quas liberalitas Domini ipsis adiicit. Hinc de captorum liberatione nemo statuere potest præter eum, cuius auspicio bellum geritur, aut quibus ex officialibus suis superioribus id commisit, die Privat-Ranzion soll alleine mit unser und des Generals Vorbewußt und Zulassung geschehen prout omni fere iure militari exprestum esse legitur (Schwed. A. B. art. 89. Dänische A. B. art. 132. Brandenb. R. R. Tit. XII. art. 69. Holländische A. B. art. 61. Solet autem quisque Regum ac Principum, de ille decernere vel secundum conditum ac ordinem in liberandis captis servandum, ratione belli accedente, satis superque ostendunt. In primis quod attinet ad captorum sive redemptionem, sive permutationem, quæ

fine

sine personarum captarum selectu, in modo laudatis pactis expresso, vix ad optatum finem perduci potest. Captivorum enim permutatione designatur ille modus, quo capti ab utraque belligerantium parte mutua restitutione, secundum personarum suarum estimationem, ex cingulis ac officiis dependentem, & in publica conventione adductam, liberantur. Unde accidit, ut pro re nata vel singuli cum singulis, vel unus pro pluribus, vel vicissim plures captivi unius loco inter se permutentur.

§. XII. Sic captivorum permutatio a gratuita horum dimissione, que ab arbitrio & indulgentia victoris quidem dependet, sed habita ratione tam etatis, quam sexus & status quarundam personarum, quibus illa adplicanda, ut in sequentibus §. 39. 40. 41, aliquique dicturus sum. Eiusque exempla varia refert Hugo Grotius de J. B. & P. L. III. cap. XXIV. §. IX. n. 2. & in not. Et licet cum redemtione in eo conveniat, quod sine expresso pacto precedente de lytro non instituantur; nihilominus quia privatis quoque militibus relinquitur lytri perceptio de iis, quos ex inferiore militantium forte cuperunt, quod §. X. obiter demonstratum ivi, idque mirora D. Petro Mullero iuxta ac D. Hertio, præclaræ famæ iestis, penitus omisum fuisse, ut ut ex professo argumentum hoc de redemtione captivorum tractaverint. Inde manifestum est, quod a permutatione captivorum multum discrepet, qua a belli dominis tantum, eisque, quos speciali mandato suo instruxerunt, arbitrio privatorum nihil quidquam hic concessso, perfici debet. Ad publica enim belli commercia pertinet, que illorum propria esse solent, qui summi imperii exercendi ius habent Hugo Grotius de J. B. & P. Lib. III. cap. XX. §. II. & ad istorum mandatum praefecti militibus saltim exsequuntur. Hugo Grotius de J. B. & P. Lib. III. cap. XXII. §. II. & III. Hinc aliquoties in superiorre §. VIII. in primis in laudati Imperatoris Maximiliani II. A. B. art. 62; prescribitur, es sollen mit denen Gefangenen ohne

CAPTIVORVM.

19

ne uns/ oder unser Feld-Obersten und Befehlhaber niemand zu handeln haben. conf. Thursächs. A. B. art. 39. Ne quis vero sibi persuadere possit, permutationem in art. 62, in digitatam tantum respicere die Kriegsherren/ Fürsten oder Feld-Obersten / ideo authenticæ interpretationis causa coniungenda sunt sequentia verba: Es soll auch niemand einigen Gefangenen von sich kommen lassen/ ohne Zugeben des Obristen/ bey Leibes-Straffe/ accedente huius rei confirmatione, in der R.B. art. 95. daß ohne des Feld-Obersten Vorwissen die Gefangen nicht sollen ledig gelassen werden. Minime ergo omnium mihi obstar. cii. art. 95. qui de redēmptione potius, quam permutatione captivorum agit: cum tamen ab illa, ut sub initium monui, ad hanc non valeat ubique argumentum: quamvis neutra, quod mihi in præsenti casu sufficit, si ne præscitu superiorum institui queat. Et sicut militum venditio est de publicis Regum ac Principum monopolii, de quibus operose commentatus est D. Prætes in *Tr. de Principe Monopola*, ita permutatione magnam convenientiam cum venditione habente, exinde concluditur, eam secundum iuris militaris principia nulli convenire, nisi belli Domino, aut eis, quibus in mandatis hanc perficiendam dedit. Videlicet quoque permutatione captivorum a privatis suscepit fine suo carere, cum permutati milites ab illis adquiri non possint. Cui vero adquiruntur milites permutatione utrinque dimisi, illi ius permundandi non tam in directione, quam in executione tribuendum est.

§. XIII. Etsi pro regula stat voluntas cuiusque victoris in gratuita, de qua paulo ante dixi, captivorum permutatione; nihilominus eandem ad permutationem applicare non licet, tum ob periculum talionis, si quis pluris, atque par est, captivos suos estimet, tum ob non præscindendam his liberandi occasionem: quarum illam in bellis plerumque aliquid iniquitatis adserre late evincit Hug. Grot. de I. B. & P. L. III. cap IV. §. XIII. n. 1. & cap XI. §. XVI. n. 2. hoc nimis

C 2

in-

inhumanum esse, supra declaravi §. I. & II. Cum ergo modus, æque ac casus, permutandi ex iure militari, hac in parte deficiente, neutquam definiti possint, ideo opus est expressio eoque speciali pacto, cuius mentio quidem facta §. X. at plenior declaratio ad locum hunc dilata est. Magna enim inæqualitas inter utrinque captos intercedit, maxime inter officiis militaribus præfectoris, in quibus non tam ad paritatem officii, quam potius ad utilitatem, hosti præstata, a permittantibus probe attendendum est, inde meliore via expediti nequit hoc negotium, nisi pacto ab utraq; parte convento. Quod publicam in se continet conventionem vel ipsorum Regum ac Principum, bella inter se gerentium, vel Ducum, quos exercitui suo præesse voluerunt, vel eorum, quibus id negotii præ ceteris dederunt: ut duobus tamen posterioribus casibus a Dominis suis non speciali modo mandato instruti sint, clausula cum libera id non supplente. Br. de Lynker Dec. 483 sed horum quoque, litium vitandarum causa, confirmatio expredia accedit. Hugo Grotius de J. B. & P. Lib. III. cap. XXII. §. VII. Balthasar Ayala de iur. & offic. bell. Lib. I. cap. V. n. 29. Zoucheus de iure social. p. 2. sec. 9. qu. 44. & Gerhardus Feltmann in Res. Milit. IX n. 60. Hac mente in sapere cit. Cartel art. 60. dicitur, daß reciproquement die ratification solches Cartels in Zeit eines Monats/ so wohl von Seiten Kaiserlicher Majestät als von Seiten Ihrer Allerchristlichsten Majestät für Sie und deren Ulliuren ist versprochen worden. Neque his obstat L. s. de pac. ubi Dacibus belli quedam inter le pacifici permititur, adeoque idem valere de permutatione captorum viderur. Præterquam enim quod verba præcedentia, que fit per pacem, aliqui cum Holoandro, quem sequitur Arnoldus Vinnius de Pac. cap. II. n. 1. & D. Bechmann in Us. D. Pract. Exercit. VII. n. 29. seq. legunt per principem; attamen retenta priore lectione, tententia modo explicata non labescit, cum lex de sponsione Ducum agat, quæ sine ratificatione Principem non obligat, ut post Hug. Grot. de I. B. §. P. L.

CAPTIVORVM.

21

P. L. II. cap. XV. §. XVII. D. Brunnemann in *Comment. Digest.*
 ad h. L. n. 15. bene animadvertisit. Perinde etiam se res habet de
 paeto, quod de liberandis captivis initur. In illud vero deduc-
 untur, que vel liberationem captivorum modo præcedunt,
 modo attingunt, uti est eorum sustentatio, nempe sanoru, tam
 gregariorum vid. cit. Cattel art. 43. quam officialium art. 46. &
 agrotorum cura sub promissione de refundendis impenitis
 art. 45. designatio lytri, pro redimendis, & præscriptio mo-
 di pro permutandis, quibus reliqui articuli referti sunt, vel
 saltim aliquam cum ea connexionem habent, sic salvagardia-
 rum constitutio, aut dissolutio art. 48. seq. excursio militum
 ad certum numerum redacta art. 54. itemque prohibiti de
 vitando armorum illicitorum usu: quoniam milites tam illum,
 quam hanc excedentes ac violantes, se indignos reddunt,
 qui pacto hoc fruantur, nedum ad pristinam libertatem suam,
 gravi poena violatores manente, adspicere valeant. Quibus ex-
 peditis nunc istorum pactorum exempla adiicienda sunt, que
 ramen integra exscribere nec instituti mei ratio patitur, nec
 argumenti huius necessitas requirit. Idcirco indicem
 illorum dare, & ex novissimo exemplo, quod haec tenus ad-
 legavi, eos decerpere articulos, captivorum qui permutationi
 interviunt, in primis ubi necessaria casuum est decisio, miliq;
 sufficere videntur. Antiquissimum vero huius pacti exem-
 plum commemorat Feltmann in *Resp. Milit. IX. n. 76. seq.*
 quod inter Regem Hispanie Archiducemque Austriae, ac Foe-
 deratos Belgii Ordines initum Anno 1602. ac 1622, renovatum
 auctumque fuit. Idem ICTus rerum militarium peritisimus
 huic etiam l.c. n. 80. & 82. iuxxit atque exhibuit tabulas pacis,
 que superiore seculo Anno 1672. inter Colonenses Mona-
 strierenesque ac Belgas, & pariter inter Gallos & Belgas sunt
 perfectæ. Plura, qui desiderat, eaque proprius ad Imperium
 Romano-Germanicum spectantia horum pactorum exempla,
 ab illo evolvendi sunt commentatores ad Corp. Jur. Milit. ubi
 C 3 inter

DISS. DE PERMUTATIONE

inter alios Eberhardus Hoierus *ad Jus Milit. Brandenburg.*
art. 70. præclare refert, quomodo a. 1645, inter Imperatorem &
 Regem Sveciæ convenerit de captorum tam redemtione,
 quam permutatione, facta per singulas militum classes adspicati-
 one, cuius pæcti leges itidem receptæ fuerunt A. 1657, in Sueco-
 Danicobello. A quibz diversa non sunt, quæ inter Galliæ Regem
 & Electorem Brandenburgicū Fridericum Wilhelμum, glo-
 riosissimæ memorię, ac Duces Brunswic. & Luneb. A. 1674, & in-
 ter Regem Sveciæ eundemque Electorem d. A. 1678, conclusa
 fuerunt & in *Instructione Militari Corp. Iur. Milit.* inser-
 ta, p. 48, leguntur. Neque recentior stylus curiæ militaris
 ea mutavisse, ex recentioribus illis patet, quæ inter Galliæ
 Regem & Foederatos Belgii Ordines A. 1691, ante Pacem
 Risvveniem conventa, itemque inter Imperatorem & Gal-
 liæ Regem eodem pæne tempore A. 1692, quorum illud pa-
 ctum separatis idiomate Batavico expressum Hagæ Comi-
 tum, ac reliquis copiosius sicut t.m mandata Ducum hac de-
 re convenientium, quam utrorumque belli Dominorum di-
 sertam ac claram retihabitionem, hoc prolixe refert Antonius
 Faber in der Europäischen Staats-Cartangle lib. I.
Fasc. VI. n. 1. Omnia vero recentissimum, quod oculis me-
 is usurpare licuit, apud eundem scriptorem extat *I. c. lib.*
VIII. cap. XIV. Quæ singula talium pæctorum exempla non
 legem solum dant tam redemtioni, quam permutationi,
 daß nach solchen Cartellen / als nach einer Richtschnur die Aus-
 wechslung und Rangzierung der Gefangenen beyderseits gerich-
 tet und geschlichtet werde/ sed & incommoda avertunt, quæ
 captis, quantæcumque etiam dignitatis aut fastigii fuerint,
 alias expectanda sunt. Dann aus mangel einer solchen Rich-
 tschnur/unterschiedliche verdrießliche Zufälle sich blicken lassen/ de-
 nen die gefangen / von was Qualität oder Stande sie auch seyn
 mögen/unterworffen seyn/ ehe und bevor man sich zwischen denen
 Armeen wegen ihrer Rangzion oder Auswechslung verglichen,
 Vid. supra cit. Cartel inter Regem Galliæ & Electorem Bran-
 denburgic. A. 1674. in pr. *s. XIV.*

CAPTIVORUM.

23

¶ XIV. Quod si captivorum permutatio eo, quem huc usque descripsi, ordine ac pacto suscipiat, nihil est, quod iustitiam eius dubiam reddere possit. Parum igitur attendenda sunt, quae Henricus Bocerus, haut incelebris Ictus, in lib. I. de Bell. cap. XVIII. contra eam suppeditat argumēta. Evidem ius divinum urget modo veteris, modo novi foederis: illud Exod. XXI. v. 1. seqq. Lev. XXV. v. 39. seqq. Deut. XV. 10. & XXI. 10. hoc Eph. VI. 8. & 9. comprehensum: cui usus servitutis omnino consentaneus sit, sed captorum permutatione illi derogari, quod minus ferendum. Inde pergit, te mirari satis non posse, quomodo ex hostibus capti hodie vendi, donari & permutari soleant, cum de consuetudine capientium servi non fiant. At dubio procul mirari definet, quisquis in posterum perleget Bocerum, si mecum expenderit, quas abrogatae servitutis causas cum in principio indicavi, tum quoque sub examen revocavi. §. 2. & 3. Et quemadmodum vera religio non aboleret politiam; ita nec olim impedivit, quo minus capti fierent servi, neque hodie illam damnat consuetudinem, qua capti liberi permanent. Dicta S. scripturæ, quæ obicit, sic se habent, ut a controversia hac multum discedere videantur. In primis autem ea, quæ ex V.T. petiunt, quæ aperte agunt de servis venditione, non captivitate, adquisitis, eisque ex Israëtarum gente oriundis, In bilio his certam liberationis spem faciente. Jo. Seldenus de J. N. & G. Lib. VI. cap. XIX. Contra ex aliis populis eo tempore capti in servitatem redigebantur, rigorem hunc DEO Iudeis permittere, vel ob retrorsionis exercitium, vel singulares quarundam gentium excessus, qui in exemplum trahi non debet. Ceteroquin notum est Iudeos in bellis ultroneis captivos ad duo coegisse, ad Proselytismum, & ad seruitutem. Petrus Cunæus de Republ. Iudeor. lib. II. cap. XIX. Wilhelmus Schickardus de Jure Regio Ebraeorum th. 17. p. 176. Quod autem a novo foedere de-

prom-

DISS. DE PERMUTATIONE.

promptum est, ad officia dominorum & servorum pertinet. Unde in cunctis nihil quidquam deprehendere licet quod minima ex parte iustitiae huius permutationis adversum esse posit, nisi verba quis detorquere velit. Longe minus obstat, quod ex hostibus capti vendi, donari & permutari soleant, quæ consistere non posse existimat Bocerus nisi capientium servi fiant capti. Sed quotusquisque necit, vendi integras provincias, & donari certas copias militum, salua naturali hominum libertate, quia quamdiu subiectis aliquid libertatis superest proprie non ipsi homines, sed ius eosdem regendi alienari dicuntur, in quantum illud est cum aliquo emolumento coniunctum. Pufendorfius de J. N. § G. Lib. VI. Cap. III. §. VII. Falsum itaque est permutationem captivorum pro iusta non habendam esse, nisi presupponatur servitus captivorum, aut per eum producatur. De captis a Turcis hoc quidem concedo iure retorsionis, sed de illis non est disputandi propositum, ideo ad illos revertor, qui in Christianorum bellis capiuntur. Etsi in potestate capientiam transeant, ut §. 3. inf. §. 4. dictum est, & permutation non alio fine institutatur, quam ut captivi utrinque alii pro aliis ad recuperandam libertatem dimittantur. Nihilominus dissimilata est potestas publica a privata, aut etiam a proprietate: quarum illa naturalem libertatem relinquit, quam haec tollit: & aliud est ius detinendi captos; aliud est ius detrudendi eos e censu liberorum in censum servorum: prius iure militari hodierno; posterius veteri Romanorum receptum erat per L. 60. ff. de furt. & L. 1. C. de serv. fugis. Unde permutation in usu est nostra ætate illis gentibus, apud quas ius bellicæ servitutis exolevit, & mos tantum captivos custodiendi obtinet, ut docte ac solide id ipsum exploravit ac tradidit Excell. D. Jo. Jacobus Mullerus in Inst. Jur. Gent. Lib. II. cap. X. Et quamvis captivus nec hodie in commercio sit, privatorum; hoc tamen eius permutationem neutrum quam impedit, cum sufficiat, ius utendi libertate sua ferre commerz.

CAPTIVORUM.

25

mercium, quia incorporalia alienari, & consequenter permulti, ius omne patitur, Hugo Grotius *J. B. & P. Lib. III. cap. XXI. §. XXV.*

§. XV. Neque maioris momenti sunt ea, quæ a Bocero l. c. porro in medium proferuntur. Si vera esset a Dd. proposita sententia, ut ex hostibus capti non fiant servi capientium, sed permutatione liberari omnes possint, sequi inde, usum iuris postliminii hodierno tempore abrogatum esse. Sed licet inter Christianos id verum sit, ut §. 2. & 3. uberrime est declaratum, inter Christianos tamen & Muhammetis astellas illud etiamnum vigere, ex consuetudine eorum locorum, quibus cum Turcis & commercii & bellorum plus est, abunde constat. Quod autem nonnullis in mentem venit, statuere, Turcorum bella cum Christianis omnia iniusta & impia esse; id speciosum magis, quam , repugnante publico gentium iure, verum, & a proposito nostro prorsus alienum est: illud quidem, quia & Christiani habent contraria testimonia, funestam illam ad Varnam cladem; hoc, quia non de captis Turcis, sed de Christianis militibus contentio mea est. Unde sequitur, quod ad personas captas attinet, ius postliminii sicut abrogatum esse inter Christianos, illo adhuc salvo manente circa res, imagis tamen immobiles, quam mobiles, quarum illas iure reversionis ac postliminii gaudere quamvis in modo aliquid mutatum sit, egregie, ut omnia sua explicat Illust. de Coccei in *Dissert. de Postliminio Sec. II. S. XII. seqq.* Ad scopum meum proprius accedit illud dubium, quod desperata captorum permutatione fortius pugnaturi sint milites, quorum virtus sola belli nervus est, ut pluribus tam argumentis, quam exemplis Nicolaus Machiavellus demonstrat in *Lib. II. de Republ. c. X.* putatque Hugo Grotius in *lib. III. de J. B. & P. cap. XXI. §. XXIV. n. 1.* hanc ob causam adeo difficilem fuisse apud Romanos captivorum liberationem, ut leges eam omnino prohibentes promulgaverint. Verum confundit Grotius legem de non liberandis captivis, quam nullam oportuit, nisi qui armis pos-

D

tis

is sine extrema necessitate se dederunt, quorsum trahi potest L. 17. D. de captiv. cum deliberatione, de liberandis captis inita, num digni sint, qui redimantur, aut permutentur. Captivorum enim cauam a Romanis serio examinatam, quidque de illis statuendum esset, cum cura inquisitum fuist, contra Grotium tradidit Henricus Boelerus in *Dissert. de Milit. captiv.* p. 164. 165. Falluntur etiam, qui minus ponderant, quod victoriam obtainere magis divinæ providentiae, quam solius virtutis militaris opus sit, ut pro ea, qua pollet, prudenter rursus hoc negotium præclare decidit. Illustr. de Coccei in *Dissert. de Justo præliorum exitu*. Ergo non videatur talis lex, aut consuetudo, rationabilis esse, quæ ad excitandas quorundam militum vires ac robur, omnibus ac singulis captis spem liberationis omnem præscindere velit, cum tamen in potestate & providentia militum non sit, semper victoriam reportare. Ex dictis nunc infero illos milites demum dignos esse, qui permutentur a belli Dominis, cum ut fortes decet, fortiter pugnaverunt, saltim ex infortunio, aut a multitudine hostium, eo fuerunt adacti, ut sele dederent. Contra permutatione penitus indigni sunt, qui ubi vitabile periculum adeat, ex iniusto timore se se hostium potestati submiserunt: §. 44. De quibus recte iudicat Quintilianus *Declarat. 33.9. Qua spes in milite residua est, si nihil potius fuerit, quam capi.*

§. XVI. Inventa nunc atque constituta norma permutandi, simulque excusis, quæ permutationi obesse videbantur argumentis, ad eventum eius progredior, qui milites omnes concernit. Sunt autem permutandi milites capti non unius generis, alii primarii & maiores, qui honoratiores partes in bello habent, ut præpositi militum exercitui, inque eis officia sua gerentes; alii gregarii & minores, qui partes communes tenent & communis censu estimantur. In his tamen omnes convenient, quod electione assumantur, lustratione probentur, sacramento militari conformatur & matriculæ inserantur.

CAPTIVORVM.

27

rantur. Carolus a Mansfeld in Magist. Milit. Tr. 2. cap. 2. p. 162.
Ego initium facturus sum ab iiis, qui de gregariis militibus
in captivitatem deducti sunt. Quorum permutatio eo mi-
torem habet difficultatem, quo magis exacta illorum et qua-
litas servari potest, das Mann vor Mann ausgetauscht wer-
de / vid. das Cartel d. a. 1702 art. 41. Cur vero singuli pro
singulis dimittantur ac recipientur, vulgo hanc causam ad-
ferunt, quia illi capti non sunt artifices, sed artis militaris
saltim executores, aliorumque instrumenta, quorum effi-
cacia et qualis habetur, secundum L. 13. C. de contr. & com.
Sip. Hugo Grotius de J. B. & P. Lib. I. cap. V. §. III. Unde
permutatio tuscipitur sine differentia (1) nationis. Etsi e-
niam natio aliquem commendare, vel reprobare solet arg. l.
31. §. 21. D. de Aed. Edict. &, doctor ille militaris, Flavius Ve-
getius in Lib. I. de Re Milit. c. 2. experientia doctus dixit,
quod gentes gentem in bello praecebat; nihilominus quia pares ex-
peditione ac periculis Dominus belli eos esse iustis, ideo in pa-
ctis quoque permutatoriis ad paria, sive onera, sive commo-
da percipienda, iudicantur, das alle Gefangenen was nation
sie seyn/ ohne einige reserve, durch Auswechselung sollen befreit
et werden. vid. cit. Cartel art. I. in pr. idque repetitur in art.
38. & applicatur pro ratione illarum circumstantiarum no-
minatim ad equites, art. 7. die Husaren sollen auf eben weise
wie die Cavallerie tractiret werden / nec non ad pedites art.
12. die Hendlucken oder Tschapfchen sollen wie die infanterie ge-
halten werden. Quo exemplo liquer, nationis differentiam
hodie esse nullam in permutatione captorum. Neque aliter
obtinet. [2] ratione obligationis neinpe lecti, conducti, et
que ac socii, indiscriminatim admittuntur. Delectis nullum
dubium esse potest, quia interest Domini belli habere sub-
ditos, quibus imperet. Neque de conductis & sociis mi-
litibus fecus statuendum est, quia subditorum loco adhiben-
tur, & cum illis idem subeunt periculum, adeoque in captivi-
tatem incidentibus, et quum est, ut eodem permutacionis iure

D 2

fruen-

DISS. DE PERMVTATIONE

fruantur, prout fortunæ utriusque sociis convenit. Hugo Grotius de J.B. & P. Lib. III. cap. IX. §. II. n. 1. & cap. XXII. §. II. Id quod manifestum est, cum ex ante dictis de sublato nationis discriminé circa permutandos, tum ex initio sepius laudati paci inter Duces Imperatoris ac Regis Galliae conventi, ubi sociorum cauta hæc clausula præ ceteris inserita est mit Auswechselung unsrer Kaiserlichen neben Einschließung unsrer alliirten einen/ dann der Königl. Französischen und gleichermassen mit begriffenen alliirten Gefangenen andern theils & reliqua. (3) conditionis ac status, sive de equestri, sive de castrensi, sive de provinciali tantum militia, capti sint: in illis non natalium splendor, sed præsentium rerum expeditio, perinde ut in his & ipsis probe inspicitur, quod in procinetu sint, operasque suas non minus in tuenda provincia, quam ordinarii milites in castris, prestare solent. vid. Cartel art. 6. & 9. verb. Die Regimenten und Troupen Land Militz oder Ausschuss &c. itemque art. 20. allen Französischen Troupen so wohl Officier als gemeinen/ von den Ban und Arriere-Ban und Milices soll gehalten werden/ gleichwie die Reuteren/ wenn sie zu Pferde seyn/ und wie die infanterie, wenn sie zu Fuß seyn. Conf. D. Textor. D. de Jure sequel. th. X. seqq. (4) Operarum militarium. Sic funditorum aut fulminantium delecta manus, die Grenadierer, itemque rei tormentariæ intenti milites, nullam in permutatione sentiunt prærogativam, werden gehalten wie die Infanterie cit. Cartel. art. 23. & 24. qui ve in cuniculis terræ indicandis, sive effodiendis, operas suas impendunt, die Minirer/ eodem censu habentur l.c. art. 15. (5) Loci, ubi capiuntur: Limitanei ergo non minus, quam stationarii, quorum illi in hostium finitimis locis ad repentinae eorum incursiones semper intenti sunt; hi ad provinciaz quietem in propugnaculis Principum stipendia sua merebuntur die auf denen Besetzungen in der Besetzung liegen/ paripermutationis iure cum his gaudent, qui in acie, aut in itinere capiuntur, l.c. art. 1. Es sey in Schlachten/ Eroberungen derer Besetzung.

CAPTIVORVM.

29

Vestungen/Pläzen/Parteyen und anderer Gestalten. Si enim Modestinus ICtus L. 3. §. 12. D. de capt. & post. eius ratione nem habet in premiis & commodis militaribus, qui ex improviso, dum iter facit, ab hoste capit, multo magis favor in captivos milites limitaneos & stationarios trahendus est tali casu, quo mandatis fungentes in hostem incidunt. Ex his tandem liquet, quo modo remiges die Bootz-Knchte sünd permittandivid. in Corp. Iur. Milit. das Cartel. inter Regem Suediæ & Electorem Brandenburgicum de a. 1678. art. 5. in §.

§. XVII. Quamvis autem in §. prec. dictum sit de militum gregariorum permutatione, daß Mann vor Mann soll ausgewechselt werden; nihilominus hæc cum turbatione ordinum graduumque militie non adplicanda est. Nam eques captus cum pedite, & mutata vice, pedes cum equite, quo minus permutari queant, huius præ illo prærogativa impedit. Quam præter alia argumenta, quæ hic referre ratio instituti mei non patitur, cumulate collegit B. D. Beier in Iur. Milit. Prud. Lib. II. Tit. XI. Th. II. illud omnium fortissimum esse videtur, quod a poena petitorum est. Equum enim poena est, ademtis equis inter pedites redigi, daß die Reiter abgesetzt/und unter das Fuß-Volk untergesetzet werden/ claro indicio, pedites longe deterioris conditionis esse equitibus. Atque hoc Romani intenderunt, cum gradu deiicerent equitem per L. 3. §. 5. & 9. D. de R. M. ut in deterriore militiam eum detruderent. L. 12. D. de Custod. & exhib. reor. L. 4. §. II. & L. 13. §. 6. D. d. R. M. eamque poenam praxi militari adhuc receptam esse, variis exemplis comprobat Joachimus Burgerus C. H. O. LXV. n. 10. & C. V. O. XXIII. Unde sequitur, vel equites captos, in defectu eorum, quibuscum permutari possunt, ad sui redemptionem obligatos esse, vel quod omnium tutissimum videtur, arbitrio belligerantium casus huius decisionem subiiciendam, cum tabulæ pœti militaris ipsam raseant. Qua mente in cit. Cartel. de a. 1678. art. 20. optime cayetur, wann auch

D 3

iii

DISS . DE PERMUTATIONE.

30

in diesen Articuln etwas vergessen oder sonstens sich noch einige difficultaten ereignen mochten/ so hierin nicht beschrieben und abgehan wären/ soll ieden Theil frey stehen/ solches zu erinnern/ und Erläuterung darüber urgiret/ mit dem Zusat/ was alsdann erläutert und geschlossen werden wird/ das solches eben den effect und Kraft haben soll/ als wann es gegenwärtigem Cartel vom Wort zu Wort einverlautet wäre. Neque a semel electa sententia meretrabit Valens Imperator & collegæ L. i. C. Praefect. Prator. & Magistr. Milit. ubi dicitur, quod magistri equitum ac peditum sint indiscretæ dignitatis, eiusque locus saltim sublimior esse debeat, qui alios promotionis tempore & adeptione dignitatis præcesserit. Principio enim lex, de Magistris militum promulgata, parum apte ad gregarios milites applicatur, quos non operæ militares ac stipendia, quam ea, quæ paullo ante indicavi, ordo nempe & gradus militiæ, satis superque inter se distingunt. Hinc quando, iuris militaris consultissimus Vir, Eberhard: Hoier in Nos. ad Jus. Milit. Brandenburg. cit. art. 72. commentatur, daß durch parificirte Auswechselung ein Reuter und Musketirer gegen dem andern von beyden Theilen losß gegeben werden solle/ capiendum hoc sensu est, in quantum ordo & gradus militiæ, itemque paritas cingulorum, permittit, ut etiam claris verbis exprimitur in cit. Cartel. d. a. 1702. art. 41. bey der Auswechselung soll Reuter/ Dragooner und Soldat vor dergleichen gegeben werden attento simul eo, quod belli ratio, aut belligerantium voluntas præscribit. Deinde vetustioris temporis more revocato erit perspicuum, equites olim peditibus adeo coniunctos fuisse, ut si quis Magistrum militum vocaret, & equitum & peditum intelligeret. Rescriperunt ita Imperatores L. i. C. de off. Mag. milit. & in L. i. & 2. C. de Apparit. Magistrum militum utriusque ordinis militaris esse. At postquam distinctum hoc munus est, ut aliis præfis equitibus, alius peditibus, parum caute quis, ex abrogata istius officii coniunctione, colligit ad promiscuum se-

CAPTIVORUM.

31

equitum scilicet peditum inter se permutationem, eoque ipso petitionem principii committit. Denique si ex lytro redimendorum iudicandum de valore permutandorum, &c., equite capto, pro liberatione sui quinque, aut sex thaleros solvente, contra pedite saltim tres aut quatuor pendente, facile patet, quæ differentia in permutatione servanda sit. Interim quod ad disparem lytri solutionem attinet, bene consulendum est Corpus Iur. Milit. ibique das Cartel. d. a. 1642, 1645.
S. d. a. 1678, art. 3. in fin.

§. XVIII. De Draconiorum permutatione, si forte similes in captivitate alterius partis belligerantis non comprehendantur, aliquantulum dubia est dispectio. Hanc nonnulli ita tollunt ut Draconarios captos, dicto calu, vel pro equitibus, vel pro peditibus, dimitti posse existimat: Equitibus enim accensore videtur Potentissimus Rex Danie quando, ut ex diurnis nuntiis accepi, Draconarios, qui in Gadebuscheni prælio, d. 20. dec. anno superiore inito, abiecere sustinuerunt impetum Sveciarum copiarum, iustissime iis minatus est, non poenam modo decimationis, quam iure militari vocant, interprete Excell. D. I. Iacobo Mullero in Disp de Moralitate Decimationis, sed & residuos ex illorum ordinis ad pedestrem militiam se constringentes esse. Peditibus vero in hoc negotio æquiparantur tam ab Imperatore, quam a Rege Gallie vid. das Cartel d. a. 1702. art. 8. & 21. Die Dragoner sollen ihre Rangion zählen wie die Infanterie. Quare vi regulæ, quæ a redēctione ad permutationem illata est §. pr. ec. 16. Draconarii capti permuntantur cum peditibus: Taceo Draconarios Christianissimi Regis Gallie art. 31. peditibus postponi, quod tamen eo modo temperavit Gallus Legislator, das ein alteres Regiment zu Fusse einem jüngeren Regiment der Dragoner vorgehe & contra. Neque temporementum hoc belli ratione usque suo caret, quia is gradu antecedere debet, quem stipendia meliora & labor prolixior fecit anteire, uti Valentinianus & Collega in L. 2. C. de offic.

DISS. DE PERMUTATIONE.

offic. Magistr. off. præceperunt. Et sane novitii milites, dum bello vix interfuerunt, non avertunt, sed augent pericula; quorum cumulum per se illud convehit: ideoque bonum æquumve est, ut veteribus, eisque exercitatis, illi cedant, donec, veterum prudentem soleritatem imitando, correxerint audaciam suam. Aliter si fiat, dubio procul id accidit, quod Ferdinandus Rex Hispaniæ, qui longa bellorum experientia edocitus erat, divinare solebat de novis militibus, ut est apud Anton. Gomezium P. 3. Hist. Hispan. Lib. 6. d. reb. gest. Ximenii. Delectum militum, quie^x vagis & ignotis hominibus habetur, perniciem potius, quam utilitatem in Rempubli-
cam inducere. Hinc existimo, consilium non penitus con-
temnendum esse, si in tabulis pacti, quod de captorum per-
mutatione ac redēptione agit, non gradus tantum ac ordi-
nis aut einguli militaris, sed in eo etiam transactæ ætatis &
sæpius repetitæ expeditionis dæfer vielen Campagnen oder
Feldzügen beygewohnet habeat ratio habeatur. Licet enim
pactum omne, quod legem dat permutatione captorum, vid.
§. 13. permittat militem novitium pro vetero dimittere;
nihilominus hoc fieri pudor verabit. Eadem mihi de illis
subnata est sententia, qui nostralingua die Gefreyten adpellan-
tur.

§. XIX. Neque permutatio eorum silentio præ-
tereunda est, qui olim Praetoriani aut Palitini milites dicti fu-
erunt, quod excubias in Palatiis Imperatoris Romani ege-
runt, quarum meminimus Iulius Paulus in L. 10. D. de R. M. Ro-
mæ enim milites perpetuo ad tutelam Principis, urbis & iun-
iperii ipsius collocati erant, quive motus & turbas plebis co-
ercebant, noctu circum templa, fora, basilicas excubare, sta-
tiones agere contra graſtatores & sicarios, eos oportuit. Iu-
lius Lepidus de Magnitud. Romæ cap. IV. & Iacobus Guch-
erus de offic. dom. August. lib. VI. cap. 24. Sed posteriore æ-
vo in horum locum successerunt milites domestici, Prote-
ctores & custodes corporis, qui omnes idem pæne manus
su-

CAPTIVORVM.

b

sustinuerunt, inter se distincti non officio, sed exercitio, uti
videre licet in L. 6. & 9. C. Theod. de Domest. & Protect. Sci-
licet domestici erant, qui domi familiarius iuxta Principem
militabant, eiusque mandatis presto erant, unde præsenta-
les dicti sunt L. ult, C. de Domest. & Protect. devotissimi &
fidi custodes in anteriore Principis cubiculo excubias per-
fiebant, L. 6. C. de Silentiar. nostroque idiomate exprimun-
tur, die Trabanten. Protectores vero in acie armatam ma-
gis militiam exercebant, quos non defendendi corporis so-
lum in comitatu, sed & protegendi in conflictu lateris Prin-
cipis tenebat sollicitudo, adeoque Gallorum lingua omni-
um significantissime les gardes du corps appellantur. Et
quemadmodum prisci Imperatores Romani ex Germanis si-
bi tales protectores recte elegerunt, invitante eos huius gen-
tis fide & singulari armorum peritia! vid. Suetonius in *Caio*
cap. 55. ita, nostra ætate, Helvetorum opera quedam Augu-
stæ domus in custodia sui utuntur. Mea in præsenti non
refert, quænam natio alteri in hac tutela præferenda sit, cui
tantum curæ est cordique, permutationem tam domestico-
rum aut silentiariorum, quam protectorum, in captivitate ha-
rentium spectare. Cum ergo in equites ac pedites divi-
dantur, conf. das Cartel d. a. 1702. art. 3. & 4. nihil novi de
eorum permutatione afferendum erit, nisi quod apud Ro-
manos distincti eorum fuerint ordines: alii maiores, alii mi-
nores L. 2. & ult. C. d. Domest. & Protect. quorum illis respon-
dere videtur Germanorum moribus die Cavalier-Garde. Licit
itaque protectores minores hodie etiam in aliorum militum
permittandorum censum veniant, ut ex cit. Cartel d. a. 1702.
art. 17. les Exempts des Compagnies des Gardes du corps
&c. Musquetaires, Gens d' Armes, & autres des com-
pagnies cy-dessus, payeront un Mois de leurs Gages &
art. 18. die Soldaten von der Schweizerischen Garde, sollen es
bener Gestalt als Französische Gardes zahlen. Consentit Car-
tel de a. 1690. inter Regem Galliae & Batauos conventum

E

art.

art. 5. De Ruyteren ende Soldaten van de Gardes de Voet ofte de paerd, sullen uytgewisselt werden, of betalen een Maendt van hare Gagie, aliisque percepit; nihilominus quod ad maiores attinet, die von der Cavalier Garde sind/longe pluris habendi erunt, plane ad consuetudinem Romanorum, secundum quam primicerium ordine sequentes decem primi domestici ac protectores, maioribus, quam senatores fru-ebantur privilegiis, uti colligi potest ex L. I. C. de Caſtreñian. § L. 7. C. Theod. de Domest. & Protect. Voto militum id comprobante, quod eo tendebat, ut tandem protectores fierent. Interim hic quoque casus est, qui nondum in tabulis pactorum publicorum clare expressus est, ac proinde supremam cuiusque belligerantis decisionem desiderat. Præsertim si ad animum revocetur, quod secundum Suedo-Brandenburgicum Cartel d. a. 1678. art. 6. minimum de silentiariis requiriatur, das die Trabanten geben sollen doppelte Reuter-Ranßion/nemlich 10. Thaler; ergo, valente illo argumento a redemtione ad permutationem §. XVII. sequitur, ut duo equites capti cum uno silentiario permutandi sint.

§. XX. Ad militum voluntariorum iam permutationem me accingo, qui licet omnes sacramento adstricti non sunt, ac ceteri milites; nec tamen spectatum hacten veniunt, sed in expeditionibus etiam ipsis exercitum comitantur. Dicuntur enim mihi tales qui sponte militiam subeunt, nec mercede conduci, de quibus §. XVI. sed suis sumtibus militant, ita ut sponte quoque sua isthoc vitæ genus, quando ita placuerit, rursus relinquere possint. Cum igitur pugnandi animo in exercitu versentur, haue inepite queritur, an eiusmodi militibus captis una cum reliquis ad permutationem adspirare licet? Et sane, nisi mercenarios milites ab hac spe excludere velim, quam supra ipsis amplissimam feci §. XVI. non potero voluntariis militibus eandem invidere. Si enim mercede accepta, qui operas militares præstant, permutatione fruuntur, quidni & sua sponte tuisque impensis militan-

CAPTIVORVM.

35

tantes pari iure digni censentur. Quod itaque de mercenariis militibus pronuntiavi *cit. §. XVI.* id ipsum de voluntariis hoc casu pronuntio. Nimirum operæ Reipublicæ causa præstite, nemini debent damnosæ esse. Verum dampnum hoc metuendum erit, nisi voluntarii milites, in expeditione occupati, eodem iure cum mercenariis capti habeantur. Magna animi prudentia id semper expenderunt Duxes militares, ac propterea in tabulis pactorum de voluntariis militibus separatis inter se convenerunt. Sic autem legitur in dem Cartel Regis Suecia & Electoris Brandenburgici d. a. 1678. art. 6. welche Volontaire aber keine Chargen zuvor bedient/die bezahlt ihr Löse/Geld mit s. Thalern & in noviss. Cartel. d. a. 1703. Alle Volontaires wes nation und Standes sie seyn/ohne einige reserve &c. Unde per se notum est, quod, a redemtione ad permutationem deducto arguento, vi prioris paeti miles voluntarius caprus pro duobus gratis dimittendus sit.

§. XXI. Neque obstare dictis meis arbitror ea, quæ cum Baro ab Enenckel in Lib. II. de Privileg. Milit. cap. IV. n. 10. tum D. Theodoricus in Disc. von Rauben und Beuten punct. I. suggestur dubia, quos sequitur B. D. Beier in Jur. Milit. Prud. Lib. II. tit. XI. th. IV. n. 690. Voluntarios scilicet milites spectandi, audiendi, & experiendi gratia per tempus, quantum sua fert conditio in bello commorari, adeo non gaudere privilegiis militaribus, ut nec iure militum communi uti possint, quod maxime de præda exprimit Theodoricus l. c. das Volontaires oder Adventuriers nicht erlaubet sey/Beute zu machen. At quotusquisque non statim apprehendit hæc minus firmo talo nitit, cum de liberandis captis agatur, non de captandis lucris: quamvis utroque casu dignos esse milites voluntarios putem, quibus etiam succurratur. Priore quidem, quia voluntaria operarum militarium præstatio aliquod meritum in se continet, quod ad remunerationem obstringit eos, qui illas commodo suo perceperunt,

E 2

runt,

ruer. Quare si ponam, quod tamen neutiquam concessurus sum adversariis, iure militari stricto non deberi voluntariis militibus permutationem; nihilominus hanc, naturali æquitate suadente, ob promeritam remunerationem non nisi imprudenter ac impudenter denegari illis posse, omnino mihi persuadeo cum D. Burgero in C. V. O. LXII. celebre. D. Mullero in Inst. Jurispr. Gent. L. I. cap. IV. §. V. in f. Ecquid de auctoratis seu solutis dicent, von denen reformirten Soldaten/ utpote qui vix aliter quam voluntarii milites fidem suam ibi obligatam habent, unde nec minus, ac ceteri capti, permutari solent, ceu deduci potest ex Noviss. Cartel d. a. 1700. art. 29. Alle reformirte Officiers/ sollen nicht mehr als den vierdten Theil ihrer Rantzion der Chargen/ so sie zuvor gehabt haben zahlen/quod pro re nata adPLICANDUM est. De posteriore vero casu, qui de præda captanda a dissentiente hic inspurgitur, paucis tantum moneo, quod iure compensatisonis militibus voluntariis debeatur præda, ut qui onus operarum militarium sustinent, præda commodum sentiant. Atque hauc decisionem adeo veram esse quondam statuit Martinus Laudensis in Tr. de Bello qu. 42. ut militibus voluntariis actionem negotiorum gestorum tribuere ausus sit contra Principem, cuius benevolentia sibi conciliandæ animo castra securi sunt, cum propter impensas, tuin maxime propter damna, que in expeditionibus militaribus fecerunt. Sed praefidentius haec asseruntur, quam ad executionem perducuntur. Declarari quidem ius creditorum contra Principes aliosque belli Dominos potest, sed de coactione & executione postea spes decollat, ob statum eius eminentem, quocum negotium est. Subditis enim cogere eum, quod etiam de militibus voluntariis utcumque procedit, tamquam subditis temporariis, cui sunt subditi, non licet, natura subiectionis semper repugnante. Grotius de J. B. & P. L. H. cap. XIV. §. VI. in f. Quare prudentia opus est has expendere circumstantias, earumque intuitu secum, ta-

cen-

CAPTIVORUM.

57

cente iudice, decernere, quod potentiori pares esse né-
queamus.

§. XXII. Expedita voluntariorum militum permuta-
tione, haut difficile erit de illis ferre iudicium, qui pacto le
militiae addixerunt ad certum tempus die mit demjenigen Of-
ficer, unter dessen Compagnie sie gehören / auff eine gewisse
Zeit capituliret haben / eoque elapsio missionem suam conse-
quuntur. Capiuntur enim, aut durante adhuc capitulatio-
ne, aut ea ad finem deducta: Illo casu dubium non est, quin
permutari possint cum aliis captivis, quoniam nihil interest
ad permutationem, qua via quis in militiam delapsus sit, mo-
do ea quæ præstanta sunt, præsiterit. Hoc casu si etiam-
num in hostico deprehenduntur, ac pericula militaria huc-
usque sustinuerunt, eos ratione vitæ anteactæ cum aliis per-
mutatione dignos esse, nullus ambigo. Frustra obloquen-
te lo. Voetio de Jure Milit. cap. 6. n. 2. quod posteriore ca-
su tales milites sint supernumerarii, quos privilegiorum cum
reliquis particeps esse non permittat L. 3. C. de offic. Magist.
Milit. & L. f. C. de Apparit. Magist. Lib. XII. Etenim per-
mutatio non tam privilegii, quam iuris communis actus est,
modo permutandi tantum ex pacto dependente. Deinde
L. excitata de liberatione captorum, de qua unice lis mea
est, non agunt, sed de privilegio fori militibus supernumerar-
iis non tribuendo. Inter omnes autem liquet, ut alias le-
ges sunt priuiores ad liberandum L. 47. D. de O. & A. ita nec istas
permutationem excludere posse, præterim quod in militibus
capitulatione utentibus, stipendiiorum præteriorum recor-
datio accedat. Quare non desraudandi sunt illo favore, quem
ipsis, & ratio belli, & anteaactæ vitæ conditio, sat liberaliter in
tali permutatione indulget.

§. XXIII. Hactenus frequentiores, de permutandis gre-
garis militibus, calus evolvi. Nunc, ordine ducente, de bel-
li officialibus, maxime vero eis, qui militibus aut universis,
aut singulis imperant, pari diligentia differendum erit. Quo-

E 3

rum

DISS. DE PERMVTATIONE

rum permutatio, ut ex legitima perfonarum proportione & bona fide instituatur, monentem Albericum Gentilem in lib. II. de iur. bell. cap. XV sequar, ne paritas officiorum tantum, sed & utilitas, quam quisque officialis captus hosti praestare valuit, diligenter a me investigetur. vid. §. XIII. Ad inveniendam autem paritatem officiorum non quidem prorsus alienum a re erit, distinctum eorum dare indicem additis etiam lytri rationibus, sed cum pro exercitu nationumque diversitate illa mirifice varient: neque a sola officiorum comparatione, quæ infinita nec ubique certa erit, verum a conventione, ex aliis circumstantiis quoque deducta, permutatio dependeat: neque aliud iam spectetur, quam munus militandi, hinc varia officialium genera hereinarrare, nihil attinet. Adeat cui volupe est, ea nosse, scriptores, qui talia officia in classes quasdam redegerunt, ut ex novissimis sunt Io. Seb. Gruberus de Disciplina Militari Moderna p. 1, ubi von denen chargeen derer Officirer aller particularen und Universalen corporum agitur. Georg. Andreas Boeclerus in schola militari moderna class. III. ex antiquoribus Leonhardus Fronsberger in Kriegs-Buch von Kaiserlichen Kriegs-Rechten samt der Kriegs-Bedienden Bestallung Lib. III Georgius Obrechtus de Discip. Milit. tb. XII, aliquie. Mihi, quod ad praesens negotium recte expediendum pertinet, sufficit, moribus omnium fere gentium hodiernos officiales militum triplicem constitvere ordinem: superiorum der Hohen/ inferiorum der Niedriegen/ & popularium der gemeinen Officier: non tamen neglecta hac divisione, secundum quam primi generis officiales iterum sunt aut generales diejenigen Hohen Officirer so unter dem General-Stab sind; aut particulares, als da sind die Hohen Officier welche entweder zu dem artillerie-Proviuant- oder Regiments-Stab so wohl zu Pferde als zu Fuße gehören. Maximas enim lites circa horum permutationem oriri, si exacta captorum officialium paritas ab utraque parte habere ne-

CAPTIVORVM.

39

nequeat, ex praxi militari testatur Georgius Braudslacht *Consul. i. p. 15.* Was die permutation anlanget/ so soll ein ieder General dahin sehn/ daß die Auswechselung iuxta paritatem cingulorum eingerichtet/ und denen Caricons hinc inde conformiret werde. Dann sich es oftmahs zugetragen/ das Hohe Officirer gegen geringere sich nicht haben wollen austauschen lassen. In dedecus enim tuum cedere, rati sunt, si cum in-equalibus permuntentur. Io. Wolfgangus Textor in *Synops. Jur. Gent. c. XIX. n. 59.* Quare ad vitandas lites circum-specete insertus est tabulis pactorum, quæ captorum officialium dirigunt permutationem, valor officiorum pro certaly-tri præstatione definitus, damit einigen difficultaten oder wie-derreden/ wegen Qualität der chargeen und Officiren beyder-seits zeitlich vorgebogen werde / welche ausgetwechselt oder ran-zioniret werden sollen/ da man dieselbe nicht alle in Gleichheit bringen können hat man gut befunden/ eines ieden theil Char-ger und deren Werth/ und Ranzionirung zu specificiren. *Cit. Cartels d. a. 1702. art. 1. infin.* Etenim ex inspecta illa estimatione, cuius exempla in cunctis militarium pactorum liberatoriorum tabulis inveniuntur, præcipue in *cit. Cartel art. 2. seqq. & art. 16. seqq.* liquido patet, quæ personæ vel illæfa officiorum suorum prærogativa inter se, vel captis officialibus plane cestantibus cum certo milittum numero permutari, vel ne hoc quidem modo captorum liberatione procedente, mi-nimum redimi possint. Cum in regulam pæne abierit, quod deficiente congrua captorum permutatione, incipiat illorum redemptio.

S. XXIV. Difficultate ista etiam superata, quam in bel-lo peperit officiorum diversitas, nova occurrit de utilitate unius officialis præ altero, cuius tamen non minorem, in per-mutandis captis, atque illius in §. preced. rationem habere, mi-liti convenit. Et nimis profecto intenditur captorum di-missio, si ex illorum numero sint, quorum virtus sæpe mul-tis bellis antea perspecta fuit; aut quorum valde necessaria

Rei-

Reipublicæ opera est. Notum est, quod, cum Duci Albano a suis referretur multos e Belgis captos esse, illo scitcitante, sit ne captorum numero Wilhelmus Princeps Arausisionensis, sed negantibus, tunc responderit, hoc uno nondum capto, nihil captum esse. Faamianus Strada in Dec. I. Hist. Belg. L. 6. Adeo interest hostium, virtutem Ducis cuiusdam aut aliorum officiarum, in ambigua belli aëla probavisse. Ec quis vero ignorat, permutationem ita institui debere, ut neutri belligerantium parti per publicas rationes facile ingratia, aut penitus noxia sit. Hinc si e longinquæ spes pacis ad fulgeat; interim victori æque ac victo ex receptis officialibus permutatis mutuum commodum sit obventurum, quis in tali casu hoc captare ipsis prohibeat. Sic Duce cum Legato commutarise vidisse, testis est Illustris Dn. de Kulpit. in Colleg. Grot. Exercit. XIII. §. II. (c) non tam munerum paritatem, quam publica pacientium in bello utilitate voluntatem eo dirigente. Neque ad rem facit quod dicitur utilitate in capti alicuius officialis impedire, quo minus aliquis permitti posse. Nempe si apud hostem captus sit aliquis tribunus, qui consilio & audacia Duci comparari meretur, quive illi multa damna dedit, & permutatione in pristinam libertatem restitutus, longe plura daturus est: Ergo ne hunc statim cum alio tribuno, e suis capto, tot autem meritis non conspicuo, permittat? Evidem difficeri nolo, ut inter artifices longa est ingenii differentia per L. 31. pr. D. de solut. ita si parvos licet cum magnis componere, inter belli officiales eandem concedendam esse. Gerhardus Feltmann in Resp. Milit. IX. n. 31. § 32. At expendendum probe est, utilitatem illam e.g. tribuni non tollere, sed saltem difficultorem reddere permutationem. Deinde ex diffinis apertum est, me locutum esse de permundorum officiarum æquali potius, quam inæquali utilitate, quæ occasio nem non potest non eis suppeditare, quibus ad permutationem alias prona ac prompta voluntas est. Ab illorum itaque

CAPTIVORUM.

que non discedo sententia, statuentium, si Dux capiatur, cuius opera multum hosti commodare potest, eum minus prudenter permutari, sed multo prudentius, usque dum bellum componatur detineri. Cautela enim militaris, qua de liberando, ista Duce, aut tribuno, capto sub fide habita, tametsi iurata, ne adversus dimittentem amplius militet, vulgo profertur, & ab Hug. Grotio masculine defenditur *in lib. III. de J.B. & P. cap. XXIII. §. VII.* parum tuta est. Cum reversus Dux, aut tribunus ille, privatam fidem interposuerit, quæ publico Domini sui imperio derogare nequit, ne iuramenti quidem accessione ipsam adiuvante, quia hoc iniurias fit vinculum, quoties salutem Reipublicæ in periculum adducit. Denique quia salus publica leges & pacta explicat, frustra videtur Samuel Pufendorfius *in L. VIII. de J. N. & G. cap. II. §. II.* hoc pactum ad bellum defensivum tantum restringere. Nimis ergo dura praxis est, quando contraveniens huic promisso, & secunda vice captus, non ut legitimus hostis, sed ut periurus capite plectitur. Rex enim & Lex iubent, non disputant. Vnde Petr. Pappus *in Comment. ad Jus Mil. Batav. art. 28.* dixit: Im Kriege disputaret man nicht viel, sondern es heisset schlechts: Knüppfe auf.

§. XXV. Non sine cœla dixi in §. 23. & 24. me aeternum esse de captorum officium permutatione. Dominum enim belli, licet illi praefens interfit, & faci inclemencia accidat, ut vincatur & capiatur; non tamen ad institutum hoc negotium pertinere, mihi persuadeo. Superior ille omnibus, adeoque cum nemine comparandus est, quo cum permutari poscit. Captivum ergo Regem huic belli commercio paectoque subiicere, inauditum est, praesertim si maiestas, quæ in persona eius coruscat, prudenter expendatur. Quo nomine laudem meretur prisca gens Judaica, quæ, probe cognita eminentia personæ Regie, Davidi contra rebellem filium, Absolonem ad pugnam egredi volenti, expeditionem illam impense disfusas, addita ratione, quia

DISS. DE PERMVTATIONE

42

tu solus pro decem millibus computaris: melius igitur est, ut sis nobis in præsidio *Il. Sam. XVII. 3. 4.* Neque minoris Reges suos estimavissi alios populos, qui eos pro Deo haberunt, uti pluribus demonstrat Hug. Grotius *de J. B. & P. L. I. cap. IV. §. VII. n. 7.* & Antigoni. Il. sententia me docet, qui, trepidanti gubernatori in prælio naval i contra Prelormæ Duces, ac multitudinem navium hostis accusanti, masculæ respondit: Εἰπε δὲ ἀνὴρ παρόντα τις τοῖς αὐτοῖς ἀντίτιθετος. Me vero, presentem cum quo comparas? Plutarchus in *Apophleg. p. 182.* Claro argumento, Regem esse instar multorum milium. Ne quis tamen arguat, ex tanto numero liquidam fore Regis aut Principis capti permutationem: tunc mihi ita obloquentem ad intentionem hostis remitto, quæ non tam est militum copias, quam terras vieti capti que Regis occupare, aut minimum tributarias sibi reddere. Quæ de re in custodia Hispanica conquestum esse Franciscum I. Regem Galliæ, testis est Jo. Bodinus *de Republ. L. IV. cap. I.* eumque maluisse captivum mori, quam inquis legibus oneratum ac deminutum recipere regnum. Neque dimovent me ab opinione semel arrepta, quæ de redēmptione Regis capti adserri possunt. Alia enim est lytri solutio, alia commutatio personæ: non illa, sed hæc dedecori est belli Domino, cuius imperium bona fama stat ceditque. Vid. D. Præses in *Diss. de collisione famæ & conscientia Sect. II. §. VIII.* Longe minus iuvat dissentientes, Reges in pactis uti iure privatorum, quippe quod de obligatione per se verum affirmum est; at in præsenti de negotio pactis idoneo, nempe de commutatione personæ Regiæ disceptatur, ubi sedulo cavendum est, ne quid proferatur, quod inventu arduum, exitu triste, ac tanto fastigio indignum sit. Captivus enim Rex aut Princeps imperium retinet, exercitio eius propter externum impedimentum suspenso. Hug. Grotius *de J. B. & P. L. III. cap. XX. §. III.* ideoque, si quod suum est, pro lytro promittit, pactum privatum est; sin partem regni

CAPTIVORVM.

43

gni pro bello finiendo pax est, quæ non prius valet, quam e captivitate dimisus, illam adprobet. Ex dictis ergo inferri potest, belli Dominum extra controversias esse, quæ de captorum permutatione moventur.

§. XXVI. Num idem de iuventutis Principe pronunciandum sit, altioris indaginis res est. Et quia publicæ patitorum tabulæ casum hunc non attingunt, eius decisione supersedere potuisse, nisi distinctionis via expediri posse videretur. Nam Princeps iuventutis aut in officio militari constitutus, aut comes sicut militiæ, aut in peregrinatione occupatus est, quando ab hoste capitur. Primo casu, pro ratione officii sui, quod suffinet, tam redimi, quam ipsum permutari posse, arbitror. Altero, iure officialium voluntarium fructum fruitur. Tertio vel commeatu instrutus est, vel eo caret; Si illud, hostis commeatum dem Paß aut attendit, aut negligit; Si prius superflua est quaestio, praestita securitate a periculo capiendi. Vid. D. Adrianus Beier in *Iur. Milit. Prud.* L. I. Tit. XIV. Th. IV. Sin posterius magni excelsique animi specimen erit, gratis dimittere tantum hospitem captivum, quod de Pyrrho, Epirotarum Rege, Cicero laudat Lib. I. de officiis. cap. 12. § 13. apud quem alias captiuorum permutatione utilata erat, ut ex Dionysio Halicarnasensi nota Fulvius Ursinus in Eclog. legat. 5. Si denique commeatu careat, nec hostis benigniore illo liberandi modo uti velit, res ab utraque belligerantium parte decidenda est, quorum semper stabit pro ratione voluntas. vid. §. XIII. A quibus studiose caveretur, ne ad permutationem veniatur, donec aliquia, cuius diligentes ipsi bellorum Domini ratiocinatores esse debent, & qualitas asserri videatur.

§. XXVII. Ex superiore vero ordine capti officiales die von dem General-Stab sind/ quorum præcipuus Dux est, non ubique ab adversa parte offendunt in captivitatem deductos, qui paritate officii sibi convenient, inde haut exigua circa eorum permutationem difficultas emergit, quæ

F 2

sc-

taepius salutare hoc inter captivos permutationis remedium, pro consequenda libertate inventum, valde sufflaminavit. Sic Reinoldus Heidensteinius, narrat in Lib. VI. de Bell. Russ. sic. p. 423. Stephano Poloniae Regi non aliam fuisse causam permutationem captorum Russorum cum Polonis reculandi, atque illam, quod par utrinque captorum ratio se se non ostendat, cum in Regis potestate pricipuis sint Russorum exercitus Duces; illi contra Regis insigniorem nullum, ex nobilitate paucos, reliquos ex promiscua plebe habeant. Ut vero deliberationem hanc faciliori redderent, quorum interest, Ducem liberare captum, inter se huc usque convenierunt, ut modo redemtionem substituerent ac urgerent, modo certum offerrent captorum numerum, quorum alii propter officia, alii ob ingenteim suam multitudinem, Ducem æquare possint. Cum ergo sub initium istius belli, quod Imperator eiusque focii cum Rege Gallie gesserunt. Dux Villa-Regius a Cesareanis milibus captus esset, nullo ex altera parte occurrente, quocum permutaretur, in tæpe cii. Cartel. d. a. 1702. art. 41, conventum est, es soll erstlich Herr Feld-Marschall vom Billeroy in Freyheit gesetzt werden/ dem 3. Tage nach der ratification dieses Cartels gegen Bezahlung der Rantion/ nehmlich fl. 25000. nach Innhalt des Cartels. Vbi enim permutatio defecit, ibi tamen locum habuit redemtio, qui duo liberandi captos modi ita comparati sunt, ut unus alteri surrogari possit.

§. XXVIII. Mixtus quoque liberandi Ducem belli modus erat, quando in bello, quod ineunte superiore seculo gestum est Hispano - Belgico, Dux Ferdinandus de Mendoza a Belgis captus erat, pro quo Belgæ non omnes solum ab Hispanis captos suos repperunt, sed & ipse Dux lytri causa 23000. fl. solvere, itemque 27000. fl. promittere datis fideliis foribus, debuit, testante hoc Emanuele Metterano Histor. Belgic. P. II. L. 22. ad a. 1601. &, qui hunc opportune exterpit, Gerhardo Feltmann in Rep. Milit. IX. n. 34. quibus iun-

CAPTIVORUM.

iungendi sunt B. Dn. de Kulpis in *Colleg. Grotian. supra cit. I.*
& Dn. D. Io. Jacob Muller, in *Inst. Iur. Gent. Lib. I. cap. IV. §.*
XI. qui tamen posteriores, quæ de pretio redemptionis addi-
di, omiserunt: licet ex eo sat perspicuum sit, Ducis illius li-
bertatem non a permutatione sola, sed tanti lytri solutione
simil peperdisse. Propius igitur ad scopum meam colline-
at tentata Marci Atrillii Reguli, Romanorum Ducis, permute-
tio, utpote pro quo uno eodemque sene, aliquot millia cap-
tivorum Senatus Romanus Carthaginensibus reddere volu-
erat, nisi ipse dissatisficeret, addita hac prægnante cauila, ve-
nenum sibi Carthaginenses dedisse, non prætentaneum, sed
eiusmodi quod mortem in diem proferret, eo quidem
confilio, ut viveret tantisper, quoad fieret permu-
tatio: post autem, grasse sensim veneno, cor tabesceret, ut
ex Dione refert Fulvius Ursinus in *Elog. Legat. 9.* Et quam-
quam Cicero in *Lib. II. de offic. cap. XXVII.* putat, Regulum,
hac ratione usum, vetuisse sui permutationem, quod iam se-
nectute confessus sit, illi contra, quibuscum commutandus
esset, sint adolescentes; nihilominus hac in parte convenit
cum Dione, quod pro uno Duce recuperando iure militari
licet multa millia captorum militum restituere, quodad pro-
bandum mihi in tali exemplo fuscit.

S. XXIX Ex diverso Ducem captum iure repressaliorum pro certis militum copiis retineri posse, in superiore
bello Gallico, fatis eluxit. In captivitate enim Foederatorum erat Dux Bufferius, Gallorum Rege præsidium Dix-
mudense in ea continent. Initia itaque conventione de
solvendo lytro pro præsidariis illicis militibus dimittendis,
daß nach dem getroffenen Accord, oder gemachten Capitulation,
die in Dixmuden gefangen genommene Garrison sollte erledigt
werden: at Regem Galliæ, re altius perpensa, pacti poe-
nituit renuique captos liberare. Quam ob causam Foede-
rati captivum Ducem Bufferium dicto iure, & per modum
permutationis, commutata quasi vice, secum retinuerunt.

Et quamvis laudatus Dux postea e captivitate dimissus fuerit; Rex tamen Gallia præsidium istud Dixmudiense integrum restituere libertati sua noluit; hanc prætendens rationem, quia Foederati quoque capitulationem Namurensem violassent. Mea non est intentio hæc uberior examinare, multo minus partis utriusq; rationibus spectatis iudicium interponere, quod Anonymus quidam se præstissime credit in *Tr. Vindicie sari Römani Imperii adversus Gallorum pacis propositione*, Sed tantum demonstrare, quod hodiernæ praxi militari non repugnet, Ducem cum militum copiis permutare, quia licuit Ducem Bufflerium, at quantum in bellis Gallorum, loco præsidii Dixmudiense aliquamdiu captivum retinere.

§. XXX. Neque aliter sentiendum est de Ducum permutatione, qui mandato cum libera præpositi sō en chef die Armee commandiren/ aut cum clausula alter ego constituti sunt, quod, quamdiu Pro-Rex Neapolitanus erat Cardinalis Vincentius Grimani ab Imperatore Carolo VI. obtinuit. Tale enim mandatum non tam novam dignitatem, quam maiorem in expediendis negotiis libertatem Ducis concedit, adeoque non ad officium in se spectatum, cuius aestimatio necessaria est in permutatione, sed ad modum administrandi pertinet. Quamvis etiam fictione quadam illi Duces habentur pro personis committentium; propterea tamen non constituuntur extra ordinem officialium in militia, multo minus in consortium imperii militaris adsciscuntur: cetero-quin duo belli Domini respectu unius exercitus in solidum statuendi essent, quod ab omni iuris ratione alienum est. Unde similis quidem manet Principiū expeditione sibi commissa, was Commando - Sachen anlanget / non in charactere unquam cum eo comparandus est, impediente, ut supra §. XIV. monitum, quo minus in permutationem ille venire possit. Quod luculenter patebit, cogitanti Ducem hunc ad rationes gestis reddendas obligatum esse Domino suo, ut pro-

iade

CAPTIVORUM.

inde a reliquis eodem officio præpositis hac in parte non differat. Ne vero quis concludere ausit, exinde sequitur, summum exercitus Ducem, si temere quid perpetraverit, aut imprudentia sua, mereri, ut in captivitate spernatur, nec ad permutationem ipsi anhelare licet. Apud Romanos receptum erat, ut venia Ducibus daretur, omni rigore militaris disciplinæ in plebeia capita incumbente, teste T. Livio in Lib. XXV. cap. 6. Non ea tantum ratione, quod permultum interesse Romani putabant, ut qui præficerentur militibus, ab omni metu liberi essent, & rerum agendarum consilia ex ipsis occasionibus arriperent, nec haberent, quod formidarent, ne virtuti impedimenta obiicerentur, ceu explicat Nicolaus Machiavellus in lib. I. de Republ. cap. XXXI. pr. Sed quæ multo convenientior est Henrici Boecleri conjectura in Disp. de Milit. captivo p. 181. quia Senatus Romanus, cuius auspicio in utramque partem disciplina militaris stabat, Patriciorum eximiorum delicta abscondi, aliorum ostentari, inter artes Politicas numerabat. Aliæ igitur gentes, eveniente hoc casu poemam omnem abesse neutquam voluerunt, sed sine extrema necessitate se dedentes Duces, vel in certa captivitate reliquerunt, vel ad meritum supplibum ex ea poposcerunt, uti infra eius novissimum allegavi exemplum §. XLIV. 31. Plura conglomera, nec necessarium, nec consultum est, præteritum si de illis observare velim, quod Hugo Grotius in lib. II. de J. B. & P. cap. XXIX §. VII. in re non penitus dissimili censuit: Historias non tantum quæ iuste, sed & quæ inique, iracunde, ac impotenter facta sunt memorare.

§. XXXI. Reliquorum officialium, quie superiore sunt ordine, die zu dem General Stab gehören/hoc modo instauranda est permutatio, quem publica pacti tabulae des Cartels præscribunt. Nempe in illis vel expressi, vel omissi sunt. Si expressi, aut sibi officio pares inveniunt captivos penes alteram belligerantium partem, aut tales ipsis deficiunt; Illis extantibus permutatio carer dubio inxia. Cartel.

de

DISS. DE PERMUTATIONE.

de a. 1792. art. 41. daß Officier gegen Officier in gleichen
Chargen sollen ausgewechselt werden vid. præc. §. XXIII. qui-
bus deficientibus ad lytrum expressum in pactis exacte re-
spiciendum est. Idque vel in subsidium solvendum, vel nu-
merus permutandorum militum, cum officio compensan-
dorum, ex eo definiendus est. Qua de re digna verba sunt
commemoratione in ante cit. Cartel. art. 37. Alle Officier
so in diesen Cartel specificiret / sie seyn von Qualität wie si wol-
len / sollen beyderseits ausgefolget werden unter Zahlung ihrer
Rangzion / oder Austwechselung anderer Gefangenen in gleicher
Zahl oder in compensation des größern mit dem geringeren/
mit der Charge so sie haben. Nam iustitia militaris, quoties
ad idem pertingere non potest, ad tantundem fertur, quod
idem est morali estimatione Hug. Grotius de J. B. & B. lib.
II. cap. VII. §. II. n. 1. Si omisi fuerint, daß die Austwechsel-
lung oder Rangzion in dem Cartel nicht reguliret wäre/ oder des-
rentwegen man in Wiederrede geriethet/ tunc specialem quan-
dam transactionem Duces belligerantium inter se de his ca-
sibus inire tolent, eamdemque vim illi tribuunt, ac si pu-
blicis pactis simul inserta esset, modo ita permutati ac dimis-
si, Ducas aut Gubernatoris attestato, liberationem suam pro-
bare possint, quod requirit cit. Cartels art. 59. Cum vero Au-
ditor Generalis der General-Staats Auditore, qui integrum ex-
ercitus iudex supremus, & Ducas seu Campi - Mareschallii,
quantum ad causas iustitia attinet, Legatus perpetuus est.
Ferdinandus Christoph. Beham in observat. Milit. LXXXVII.
n. 2. ferente belli fortuna, captus sit, multis videretur ambi-
guum esse, quo cum ille pro ratione tanti officii descendat
in permutationem. Nihilominus quia pacta publica etiam
liberandi huius modum non silent, sed quid facta opus sit,
clare exprimunt, ideo illis inherendum est. Que vel re-
demtionem pro menstruo stipendio, ut in Cartel. d. a. 1678.
art. 4. legitur der General Auditore und dessen Lieutenant
sollen zur Rangzion geben einen Monat Sold / vel gratuitam
eius

eius dimissionem concedant, ut *in cit. Cartel. d. a. 1702. art. 43.*
der General Auditeur der Räys. Armee/desgleichen der General-
Auditeur Lieutenant &c. sollen gleicher Gestalt ohne Ratifikation
zurück geschickt werden. Idem adfirmandum erit von dem O.
ber Auditeur, qui legionum separatim agentium, bey einer
fliegenden Armee iudex est: licet cum priore propter officii
amplitudinem plane non confundi debeat. Vid. Caspar
Stiler, der Spate in Briegs. Auditeur und Secretario Cap.
I. S. V. & supra §. IX. Itemque infra §. XLI.

§. XXXII. Ex divisione eorum officialium, quorum
§. XXIII. facta est mentio, iusto sequuntur ordine die zum
artiglerie- und Regiments-Stab gehören. Tales sunt, qui rem
armamentariam dirigunt, præsumt regiminis sive equitum, si-
ve peditorum, aut rem frumentariam procurant. Quorum
prolixior collectus index est ab Henrico Bocero de *Inr. Bell.*
Lib. I. cap. XII. n. 10. Georgio Obrechto de *constit. & Discipl.*
milit. n. 840. seqq. Georg. Andrea Boeclero in *Schola Milit.*
Moder. cl. III. p. 32. seq. aliisque scriptoribus l. c. larga ma-
nu adductis, quam ut brevibus a me adumbrari possint.
Neque ulla me urget necessitas, ut de singulis operose dispi-
ciam. De permutatione enim captorum agitur, non de dis-
crepancia privilegiorum, quibus unus præ altero in statu flo-
rente excellit. Si qua prærogativa etiam attendenda est in
permutandis hisce officialibus, eamdem extenore publi-
corum pactorum hauriunt, quotquot pro captis liberalem
hanc causam pertractant, non neglecta meritorum ratione,
quibus præfecti eidem officio se p̄fissime inter se distinguun-
tūr vid. §. XXIV. Quare permutandi modus, die gefangenen Of-
ficer vom Regiments-Stab auszuwechseln / dependet (1) ex
mutua comparatione officiorum tam propriorum, daß ein O.
briſter gegen einem andern/quam delegatorum aut vicariorum
e.g. Ein Obrüſter-Lieutenant gegen einem andern ausgewechselt
werde/ quam satis innuit cit. Cartels d. a. 1702. art. 41. verbis;
daß Officier für Officier sollen ausgewechselt werden. Sin ye-

ro accidat, ut quis officio videatur quidem inferior esse, par tamen meritis alteri reputetur, tunc pro avertendo litis, aut odii periculo, tacente pacto, belligerantium de permutandis iudicium & arbitrium unice requirendum est. Non enim agitur de statu ipso aut officio superioris in estimatione eius, qui utroque inferior est, sed de meritis inter se commensurandis, quorum optimus quisque belli Dominus arbiter ac remunerator est. (2) ex compensationatione vel minorum officialium, vel militum gregariorum, que di iudicanda est ex lytri estimatione da so viele an Zahl und andern Chargen als nach dem aufgerichteten Ranzion-Taxt æquivalenten können mit Officiren ausgetauscht werden. Und omnibus pene pacis militaribus, de permutatione agentibus, ut facilius subortum dissidium componi posfit, dicta lytri estimation, der Ranzion-Taxt, in tempore adiecta est, prout cuivis legere licuit in Cartel d. a. 1702, cit. art. 4. Es soll erlaubet seyn Officirer gegen Gemeine oder Gemeine gegen Officirer nehmlich 6. gemeine Soldaten für einen Capitain, 4. für einen Lieutenant, 3. für einen Fendrich / 2. für einen Wachtmeister auszutauschen. (3) ex supplicatione lytri, quod valori permutandi deest, durch Beylegung so viel am Gelde, daß der Gefangene dem Cartel-würdigen Werth erreiche vid. Cartel, de a. 1702, art. 5. Feltmann in Resp. Milit. IX, lit. C. Simili quoque modo permutatur, qui ex popularium officialium numero sunt, die gemeinen Officirer, uti ordinum struetor, der Feldwebel, diversiorum designator der Quartiermeister, ordinum ductor der Führer, Decurio corporal aliquie. Ceterum singularis quedam dispositio, antequam ad residuos casus me accingam, de illis officialibus pendenda est, qui præsunt Draconarii, daß der Obriste/Obriste Lieutenant, Obriste Wacht-Meister und Hauptmann zahlen ihre Ranzion auf die Maß wie die Cavallerie; die Officirer aber unter dem Hauptmann bis an den gemeinen zählen ihre Ranzion wie die Infanterie, prout conventum est in den Cartel d. a. 1702, art. 9. & iungendus est supra §. XIX.

§. XXXIII.

CAPTIVORVM.

§. XXXIII. Cum vero non pauci dentur in bello, qui plura obeunt officia, inde non adeo levis nascitur dubitatio, secundum quodnam permutari debeat officialis ille captivus. Evidem alias notum est, compotem plurium officiorum, quibus singulis coniuncta privilegia sunt & salaria, his perinde gaudere ac plures, officia illa seorsim administrantes: Nihilominus in sequente §. XL. probatum dedi, permutationem non tam privilegii, quam oneris quoq; actū esse. Ne quis autem ex præcipitania quadam se decipiat arguante: Negotia onerosa esse restringenda; Ergo talem captivum officialem ratione minoris saltim officii obligatum esse ad lytrum solvendum, aut ad subeundam sui permutationem. Huic in notitiam persero, illam argumentationem, si non penitus falsam, minimum tamen insufficientem esse negotio isti expediundo. Si enim captivus secundum minus officium solvat lytrum, aut ineat permutationem: illud capienti præiudicio; hoc sibi dedecori erit. Quam ob causam publicis belli conventionibus longe melius constitutum esse de prælenti casu idemtide deprehendi das die Officier welche mehr als eine Charge bedienen/ sollen nach der Zahl ihrer höchsten Charge zahlen oder ausgewechselt werden. Sic inter Galliæ Regem & Foederatos Belgas superiori sæculo anno 74. convenisse, sëpe laudatus D. Gerhardus Feltmann in *Resp. Milit. V. & IX.* ostendit; Eorumdemque partum de a. 1690. lingua Batavica editum art. 8. egregie contexit: Alle die differente Chargen bedinen, sullen het Rantioen niet, anders betalen, als nacl de hoogste Charge die sie besitten ende nacl die proportie uytgewisselt werden, olte haer Rantioen betalen, gemina habet cit. *Cartel d. a. 1702.* art. 27. Nam quoties homo unus duplex gerit officium, manus & minus maioris tantum ratio habetur, si liquido non constet, unius intuitu quid egerit. adeoque si respectu maioris liberetur captivus, ei adquiescendum est, ut cuius comodum hic usque tilit, annexum quoque onus patiarur.

G 2

§. XXXIV.

§. XXXIV. Atque adeo vera est paulo ante data decisio, ut si quis captorum officialium in examine coram Auditore Generali, de quo §. IX. actum, falso maius officium de se profiteatur, secundum illud tam lytrum solvere, quam permutationem iniuste teneatur, in primis cum datis litteris reversalibus in subscriptione id ipsum confirmavit, ac muneris istius iteratam iniecit mentionem. Ita conventum esse legi in Cartel. d. a. 1678. art. 7. Diejenigen ohne Unterscheid/welche sich in ihrer Gefangenschaft höher ausgeben als sie sind/ sollen auch darnach selbst daszubrige über ihre ordinaire Rankion zu bezahlen schuldig seyn/ wann sie durch ihren/im Anfange ihrer Gefangenschaft ausgestellten Revers und bey der Unterschrift nöthig angefügte Benennung ihrer Charge überführt werden. Neque excusat officiale, quod apud hostem ut alii dolis, ita falso sermone uti liceat, circa notam mendacii Hug. Grotius de J. B. & P. Lib. III. cap. I. §. VII. §§. XVII. n. 2. Pufendorffius de J. N. & G. Lib. IV. cap. I. §. XIX. Sed cessat eo tempore quoad hostem obligatio animi sui sensa patefaciendi, quia enim hostis malitia sua abruptit societatis vinculum, desinunt quoque erga eum communia sociorum officia. Deinde poterit ei, ut hosti, quoquis modo noceri, ideoque & sermo aliave animi signa in eius perniciem licite adhibentur. Alia vero ratio est, si cum hoste, ut hoste; aliud si cum eo, ut victore agatur: illic dulos permittitur; hic sinceritas ac fides exigitur, quia visor occupatione in captum adquisivit publicum imperium, de quo preclate Illustr. Dn. de Coccei in Disp. de iure victoris distincto a iure belli. Quam primum ergo quis tamquam captus de sui liberatione cum hoste tractare incipit, necessarium est ut omnis deceptio in sermone ceflet, quia prior illa obligatio, que per hostilitatem suspensa, aut extinta, nunc reviviscit, accedente iure victoris in captum, cui illudere sine periculo poena non licet. Quamvis igitur lytrum tantum solvere debeat, tamquam mendacii poenam, qui per fraudem sibi maius officium tribuit; non

CAPTIVORVM.

53

tamen puto illum cum officiali hostis parem commentitio gradum muneri habente permutandum esse, ne ex dolo suo prærogativam inter captos sentiat, nisi permutatio mixta sit, ut pro suppletione lytri propter maioris officii valorem agatur de qua initium huius §. intelligendum est & vid. §. XXXII.

§. XXXV A quibus adcurate discernendi sunt, voluntarii officiales una cum auctoratis, qui factu fallunt neminem, sed certe fidem ibi obligatam habent, ubi exercitum comitantur, eodemque iure quo reliqui ex adverso constituti, ut capi posse; ita etiam e captivitate non tam redemtione, quam permutatione liberari, recte putantur. Et quemadmodum militibus quibusdam gregarii licet voluntariis esse §. XXI. ita non video, cur per modum officium spectandi & experiendi, gratia bellum sequi, illicitum sit. Adprobatio eorum satis clare colligi potest ex publica conventione de a. 1678. art. 6. vi cuius capti officiales eius generis pari pene iure cum ceteris fruuntur daß alle Volontaire oder reformirerte Officirer bezahlen die helfste der confirmireten Officirer Ranzion wie sie specificiret. At qui dignus redemtione est, non indignus permutatione censendus erit. Ne vero ignoretur, aut anxie exploretur, quibus cum personis veniant in permutationem, ex novissima conventione publica, cuius saepiuscule memini, discussio eius dubii repetenda est, quæ d. a. 1702. art. 20. nominatim de voluntariis Gallorum officialibus disponit: Die Volontaires von was Nation und Standes sie seyn/ wo sie hey der Armee Chargen haben/ sollen sie nur a proportion derselben bezahlen. Similiter si in castris Cæsareis, ad certum officium interim destinati militent, de illis ita conventum est l.c. art. 31. daß sie nur sollen als General- Adjutanten zahlen nemlich fl. 150 Quales itaque debeant personæ esse cum illis permutedæ, tales ex lytri aestimatione cognoscuntur. Neque in auctoratis, qui stylo curia militaris vocantur Reformati, officialibus, aliquam exclusionem deprehendi, sed quod ad

G 3 ly-

lytrum attinet, illud temperamentum occurrit, quod *L.c.*
art. 29. exhibetur: Alle reformirte Officiers sollen nicht mehr
 als den vierten Theil Ranzion der Chargen so sie zuvor ge-
 habt haben/ zahlen/ und sollen bei ihren Ehren/ die Chargen so
 sie vor ihrer reforme gehabt zu erklären verbunden seyn. Decla-
 rationis autem ea ratio esse videtur in praxi militari, ut facilior
 solum fiat in ventio lytri, sed conservatio etiam loci ac status
 digniori adiuvetur, si ad officium aliquod revocetur modo ex
 mandato belli Domini dimissus sit reformatus, ut oblervari
 solet, der reformiret worden ist und also quasi coacte seiner carico
 oder Charge sich begeben müssen/ ei locus remanet dignior,
 daß wenn er bei einen andern Herrn in Dienste geht/ nach der
 zuvor gehabten Charge die Beförderung und Rang bekommet.
 Joachim Burger in cent. I. O. LX. & Cent. III. O. LIV. Maio-
 ribus enim honoribus functos ad minores devocari non o-
 portet *L. 2.C.* quemad. *Civil mun. indic.* Quodsi in praes-
 enti, cum de permutatione auctorati agitur, præter dictam
 lytri estimationem, quam pactum designat, officium præte-
 ritum simul attendatur, nihil arbitror a belli ratione alienum
 committi. Alias auctorati vexillariis apud Romanos similes
 esleyidentur de quibus C. Tacitus *I. 4. 36.* inquit *retineri eos*
sub vexillo, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis.

§. XXXIV. Sæpe a me dictum est magna esse officia-
 lium in bello nomina & merita, quibus captis belli Domini
 operam modo impendant, sed & quascunque inire condi-
 tiones parati sint. Fac ducem esse, aut tribunum, tanta me-
 ritorum gloria insignem, ac Domini sui gratia atque ope-
 dignissimum, pro perficienda vero eius permutatione
 civem innocentem depositat hostis, quo non tradi-
 to, aut cædem capti, aut longe gravius exitium minatur
 & inferre, promptus paratusque est, Reipublicæ, inde di-
 sceptatio nascitur: Num belli Dominus pro re nata inno-
 centem civem tradere posit, ut recuperato Duce, aut tri-
 buno, cum eo salvam quoque Rempublicam in posterum
 te

CAPTIVORVM.

5

teneat ac servet. Non autem de obligatione virtutis , & nominatum caritatis, erga Rempublicam sermonem esse , liquet , sed de iure , quod reluctantem civem innocentem , ut id faciat, cogere valet, quod, e fluctibus Valsquii distentientis ægre eluctatus, tandem defendit Hug. Grotius lib. II. de J. B. & P. cap. XXV. §. III. Nam diligenter expendum hoc casu est periculum, quod tali Reipublicæ imminet cum ex minis hostis atrocioribus, tum ex defectu capti Ducas, cuius auxiliis , consiliis atque armis ab interitu ac clade vindicari potest. Deinde, qua fieri potest, animi prudentia investigetur ac ponderetur officium atque ius summæ Imperantis , quod est, communii necessitati consulere, cui vitanda aut mollienda privatas necessitates innocentis civis cedere oportet. Accedit, quod periculum non imaginarium, sed verum præluponatur, mitiusque aliquod remedium pro dimittendo Duce captivo hostis acceptare nolit. Quibus instructus rationibus, aslerere nullus dubito, quin bene meriti Ducas, aut tribuni, imminentे simul Reipublicæ periculo, cum in nocente cive suscepta, iusta sit permutatio. Evidem Caspar Zigler eumque fecutus lo. Adam Osandler in Comment ad cit. loc. Grotii vehementer opponunt, iniuriam fieri civi innocentí, qui damno & periculo ipsique morti exponatur, Duce aut tribuno e captivitate, ac reliquis civibus ab excidio liberatis , atque ita cum præfentissimo alterius damno unius libertatem esse permundam. Ingenue fateor non contemnendum esse iniectum hunc scrupulum, valitum etiam , si ullo modo innocentis traditio averti, ac Dux aut tribunus aliter e captivitate eripi queat. Instante igitur non tam hostis pertinacia , quam utilitate Reipublicæ adhortante, quæ videatur subestiniq;itas, satis utrinque purgatur, omnemque dubii nervum incidit distinctio B. D. de Kulpis, quam habet Colleg. Grot. Exercit. X. §. I. (c) p. 121. & 122 de cive, hoc absolute & simpliciter spectato, quo sensu traditio eius quidem appetit iniqua, sed in comparatio-

ne

ne ad rem publicam, quatenus publica utilitate penfuntur ea, quæ patitur, color ille iniquitatis evanescit. Hinc ex politorum regula totam item fui: Multa quis iniusta patitur ut homo; quæ tamen iniusta non sunt, si ut civis patiatur.

§. XXXVII. Non omittenda porro est quæstio: utrum pro captivorum permutatione provehenda, urbes, munita, iura etiam cedi ac tradi possint? Quæ sane illo tempore maxime fuit mota, quo Stephanus Rex Poloniae cum Russis pacem initurus esset, ut eius memini. §. XXVII. ex Reinoldo Heidensteinio in Lib. VI. Bell. Mosconit. p. 423. Aliud exemplum de Henrico Archidice Austriae capto a Bohemia, Rege, eoque more, quem descripsit, dimittendo habet Nicolaus Burgundus in Lib. I. Hist. Bavar. in calce ad a. 1327. Licet autem ad executionem perducta non fuerit deliberata illa permutatio; nihil tamen novum est iudice Boelerio in D. de Milit. Captiv. p. 183. urbes, regiones, provincias pactione in manibus victoris in perpetuum relinquuntur. Neque enim ius in captivos quæsumum hodie patet in infinitum. §. I. & II. sed limites suos habet, ut ad belli commercium recte referatur, quando loco captorum integræ urbes aut provinciae tradi possint, nisi utilitas Reipublicæ, a qua omnia pacta militaria reguntur, diversum capere consilium fuadeat. Ad quod, capendum nequit, quoniam pertinet, quando Henricus Boelerus l. c. permutationi ita inventæ obstrebit: Inauditum esse, civium captivorum corpora commercio tali subiici, aut pactionis formula prodi. Verum si ea repeto, quæ copiosius a me §. XIV. tradita sunt de justitiae permutationis captivorum, quia non tam corpora captiærum, ut ratus est Boelerus, quam ius utendi libertate sua in commercium deducitur, quos ille movet dubitationum fluctus, facile superari possunt. Ecquis enim fando non adivit, bello inter Christianos fervente, einsmodi commercia in dies a Principibus ac gentibus liberis, salva corporum huma-

CAPTIVORVM.

humanorum libertate institui, vid. D. Jo. Voelckmar Bechmann in *Diss. de Belli commerciis*.

S. XXXVIII. Magis impedita, atque præced. §. X. est decisiō de illo casu, quo officialis captivus fide habita, auf parolle dimititur §. V. in fin. ut alium sui loco rursum sifstat, ac permutationem eo modo procuret. Sivero ex post facto accidat, quo minus impletat hanc conditionem, recte discepatur, utrum ob id captivum se iterum hosti offerre teneatur? In qua contentione mihi arridet distinguentium sententia inter captivum fidei sive negligentem, & eius tenacem, sed cui vel propter mortem permutandi, vel propter eius, aut quorum interest, dissensum aliquod ponitur impedimentum. Primo enim casu, quo fidem destituit promissor, tanquam perfidus miles, ter citatur edictaliter, eoque non comparente, declaratur pro infami, & interdum quoque nomen eius publico patibulo adfigi solet, ut indicat praxeos militaris peritissimus ICtus Eberhardus Hoierus in *Comment. ad Jus Milit. Brandenburg. art. 70* sequentibus verbis: daß ein parolle vergessener/dreymahl öffentlich cutiret/ und da er alsdann nicht erschiene/ oder sich sonstigen flaglos stellte/an Galgen geschlagen werde: additique, daß er dessen viele praediicia allegiren könne. Quibus exacte consentiunt ea, quae in novissimis paeti tabulis de a. 1702. initi art. 42. habentur; & quamvis paulo prolixiora sint; quia tamen mirifice hoc negotium illustrant, ea integra adscribere, consultum duxi. Die Officiers von ein- und anderer Seiten/ so auf ihre parolle zurück gelassen werden/ oder noch künftig gelassen werden möchten/ sollen verbunden seyn/ wieder zurück zu kommen/ und sich wieder in die Gefangenschaft einzustellen: Es wäre dann/ daß sie zuvor ihre Namhabe oder Auswechselung/ und ihre Kosten/ so Zeit ihrer Gefangenschaft sie gemacht/ abgezattet hätten/ und wann sie an gegebener Parole manquiren solten/ sollen sie verbunden seyn/ sich in ihre erste Gefangenschaft/ oder zu der Person/ wo sie sich obligirt gemacht hatten/ 14. Tage nach der vorgefetzten Zeit/

H

sich

DISS. DE PERMUTATIONE.

sich wieder einzustellen: Es wäre dann / daß sie ein grosse und
wichtige Ursache/ Guttheissung oder dilation von der feindlichen
Partey hätten; unterdessen aber sie zu Diensten und Gebraue
bung des Gewehrs unsätig seyn/ und wenn sie dagegen hand-
leten/ sie für unehrliche gehalten werden sollen. Altero casu, qui
ad permutandij mortem spectat distinguendum est inter
mortem captivi, antequam permutatio facta est, ehe die Zusa-
wechselung geschehen; & inter eam, quæ post liberationem
forsan in via reduci accidit: cum itaque per prius dimis-
sum non stetit, quidquid posteriori evenit, favore liberta-
tis accidente, ille iterum captivum se sistere indistincte non
obligatur, sed secundum ius civile plene liberatur, L. 24. D.
de condic. & Demonstr. & L. q. 1. inf. D. b. t. Adeo quidem
hoc verum est, ut Romani I^{CTI} interrogati de praesente ca-
su, condictionem causa data causa non secuta cessare, re-
spondissent per L. 3. §. 3. & 4. L. 5. §. 2. D. de condic. caus.
dat. caus. non sec. L. pen. C. b. t. Nihilominus iure militari in
priore casu, si captus officialis ante permutationem obie-
rit, non aliter liberatur alter captivorum, quam si æquivoca-
lens lytrum præstiterit; & proinde, exspirante permutatione,
incipit redemptio, quippe pactum & conditio ab altera
parte nondum impleta esse videntur. Simili modo Albe-
ricus Gentilis de iur. bell. L. H. cap. XV. & Hugo Grotius de
J. B. & P. Lib. III. cap. XXI. §. XXX. dubium hoc negotium
decidunt, quod cum nihil sit, in quo præstare operam suam
queat promissor, non quidem reddere se custodiæ, hoc e-
nimir neque expresse conventum fuit, neque tacite actum in-
telligi, favor libertatis patitur; præstabat tamen eius, quod præ-
stare non potest, estimationem, ne fiat locupletior cum alterius
damno. Hoc enim naturali simplicitati convenientius & le-
gibus accommodatius esse propter L. 5. §. 1 D. de P. V. existi-
mat Ioachim Burger in Cent. I. O. XXXIII. sic pronunciando,
dass sich einer auf solchem Fall durch Vergnügen und Entrich-
tung

CAPTIVORUM.

tung der Cartelmaßigen / Nantion ren allen Anspruch befreien könne. Tertio casu videndum, aut dissentiat captus, cui permutatio offertur, aut is, qui ipsum in captivitate constrictū tenet: Si prius illi in captivitatem non redeundum esse, mihi persuadeo, quia dimisus facere non omisit, quod ex sua parte ad restituendam permutando libertatem facere poterat, & vulgaris est I^ctorum regulā: quoties conditio impeditur per illum in cuius persona implenda est, toties habetur pro impleta arg. L. 31. D. de Cond. & Demonstr. Nisi inter dimissum ac dimittentem aliud convenerit. Cui illustrando conductit exemplum Io. Pauli Ballionii, ab Hispanis ea conditione dimisi e captivitate, quia spopondit, ut nisi dimitti curaret Alphonsum Carvajalium apud Venetos, te reversum in carcerem, ut hoc tetigit saltim Hugo Grotius de J. B. & P. L. III. cap. XX. §. XXX. in nor. Prolixius autem secundum singulas circumstantias, quas Historici in eo valde discrepantes attulerunt, excusit celeb. D. Io. Jacob Muller in Inst. Jurispr. Gent. Lib. I. cap. IV. §. XII. Sin vero adhibita omni diligentia dimissus Dominum alterius capti eo permovere nequeat, ut hunc dimitteret, oder wo der Gefangene aus erheblichen Ursachen von seiner Generalität nicht erlassen werden wolte / praxi militari esse receptum monet Eberhardus Hoier ad Jus. Mil. Braydenb. sepe cit. art. 70. tunc eum aestimatione ac solutione lytri defungi posse, quo non parato, ipsi in carcerem redeundum esse, ratione belli id requirente. Quod licet tacite actum pro natura militaris liberationis esse videatur; expreste tamen interdum conveniri solet, ut Principi Auriaco Mondragonius pollicitus est, effecturum se, ut Aldegundius, cum tribus, quos ipse legislet aliis, ex captivitate in Selandiam sextum intra mensē remitterentur; aut si rem confidere nequivislet, in captivitatem redditurum esse, ut legitur apud Fannianum Stradam Dec. I. Lib. VII. Atque fidem hanc hostibus servandam esse, præ ceteris commen-

H 2

dat

dat Hugo Grotius de J. B. & P. L. III. cap. XIX. §. I. & VI. aut si in ea præstanta negligentes, a summis potestatibus cogi debent, ut datam semel fidem impleant Hug. Grotius de J. B. & P. L. III. c. XX. §. X.

§. XXXIX. Post casus varios, quos non milites gregarii tantum, sed quam maxime etiam illorum officiales suppeditaverunt, eorum liberatio commemoranda est, qui in captivitatem quidem aduersa belli sorte inciderunt, non tamen pari modo cum reliquis capti tractari possunt, utpote quos belli rationes aliisque circumstantiae vel penitus eximunt, vel indignos reddunt permutatione. Sunt autem exempti ab ea, propter teneram ætatem, pueri capti, qui resistere nequeunt. Sicut enim illis ubique parcendum est, quia bellum geritur ad vitandum periculum, quod hostia pueris nullum imminet. Hug. Grotius de J. B. & P. L. III. cap. X. §. IX. ita tales quamprimum capti sunt, gratis dimittendi esse videntur, commiseratione invitante, aut retrorsione aures vellicante victoris, quæ belli rigorem hunc temperat, da gedrohet wird/man wolle des Kindes in Mutterleibe nicht verschonen. Ioachimus Burgerus in Cent. I. O. X. Ferd. Christoph. Behamb in O. Milit. XX. Unde in pacto publico de a. 1678. art. 8. cautum est: daß alle Kinder unter 12. Jahren sollen ohne Ranzion ausgesetzt werden/ atque in alio pacto de a. 1702. repetitur art. 32. addita prohibitione, ohne daß erlaubet seyn soll/ dieselbe auszuplündern. Secus dicendum erit de capto impubere, cui tribunatus collatus fuit, cuius exemplum exhibet Iustinianus in L. 18. pr. C. de test. milit. Quod nec inter Romanos rarum erat, ut Suetonius cap. 38. in vita Augusti de liberis Senatorum resert, quod militiam a spicantibus non tribunatus modo legionum, sed & prefecture alarum illis data fuerint, aliaq; exempla habet Iustus Lipsius Lib. 1. de militia Rom. Dialog. 2. Petrinus Bellus de Re milit. p. 7. T. III. Neque hodierno tempore in ufo esse desit, ut impuberis illustrium personarum a belli Dominis impetrant mili-

CAPTIVORUM.

61

militaria officia, ut dignitate ac emolumentis potiantur, functione interim data eius Vicario. Atque hoc senti infantes & impuberes dicuntur militare *in l. 5. C. Theod. de Domest.*
& l. 14. C. Th. de R. M. Joachimus Burger. in Cent. I. O. LXV.
 Äquum itaque est, si capiantur eiusmodi impuberes, exceptione ætatis non obstante, pro ratione militaris officii, quo donati sunt, eos venire posse in permutationem.

§. XL. Etsi feminis, quod sint genus hominum imbellè, potius parendum, quam nocendum sit, prout ius militare, & divinum *Deut. XX. 31.* et humanum Maximiliani II. Imperat. A. B. art. 54. Es soll keiner Weibesbilder / die auf keiner Wehere befunden werden todschlagen/bey Leib und Lebensstraffe idque latius ex usu militari demonstrant Albericus Gentilis *Lib. II. de Jur. bell. cap. XXI.* Hug. Grotius *de J. B. & P. Lib. III. cap. XI. §. IX. n. 1.* Joachimus Burger *Cent. III. O. LX.* Accidit tamen, ut nimis fervente bello, nec sexum distingue, feminæ quoque innocentes ab hoste si non durius habentur, minimum in captivitatem rediguntur. Quo facto, de earum permutatione, necessaria natcitur dubitatio, qua tolli potest, si consideretur modo, feminas capitae a solutione lytri esse immunes, testantibus pactis publicis, uti *Cartel. d. a. 1678. art. 8.* Alle Frauens. Personen von was qualite sie auch seyn mögen/ sollen ohne Ranzion ausgesetzt werden & in *Cartel. d. a. 1702. art. 33.* Was betrifft die Dames, Demoiselles, Weiber/ Jungfrauen sollen solche nicht ausgeplündert/weniger ihnen eine infulte geschehen/ u. also gleich wieder ohne Ranzion zurück gelassen werden. Verum a redemptione utcumque procedente argumento ad permutationem §. XXXII. liquet personas ab illa, vicissim ab hac liberari. Nihil ergo causa habuit D. Petrus Mullerus, quod in *Disp. de Redempt. captiv cap. III. §. IV.* Eberhardo Hoiero, qui vi offici sui præ manibus semper habuit rationes soluti lytri, & praxeos militaris callentissimus fuit, errorem hunc tribueret, cumque propterea reprehenderet,

H 3

ac

63 DISS. DE PERMUTATIONE.

ac si statuisset in *Not. ad Jus. Milit. Brand. art. 70. qu. 6.* belli morem esse, ut feminæ non redimantur. Nam excludit feminas a redimatione, non tamquam a beneficio, quod ei perperam adsingit Mullerus, sed tamquam ab onere. Mihi perinde videtur hoc certamen, ac si quis dicat: Academæ morem esse, ut studiosi ad capitulationem non vocentur, alter vero huic errorem tribuere velit: cum tamen studiosos a capitulatione eximat, non velut a beneficio, sed ut ab onere. Frustra igitur Mullerus gloriatur *l.c.*, cum hoc Hoierus non satis probaverit, tamdiu fore propositionem suam veram, donec ab illo contrarium probetur. Regula Hoierus insitit, quæ non probanda, sed tantum illustranda est. *Contra D. Mullerus* cum Regula confundit eius exceptionem. Etenim dantur calus, Hoiero, prudentissimo viro, non refragante, quibus feminæ redimuntur, & æqualem cum viris fortunam, adeunt. Nempe si vel militibus, mutata veste sexus propria immiscuntur, ac officia virilia in bello usurpant, ut relatum legi a D. Præside in *Disp. von Weiblichen Ritter Orten generolam fuisse feminam*, ex Gallorum gente, dictam le chevalier Balthasar, quæ copias Regis Christianissimi per vicen- nium strenue fecura, cui adeo felici effelicuit, ut & Capita- nei munus obtineret, & propter egregia sua, durante etiam hoc bello, præstata facta in ordinem equestrem S. Ludovi- cia Rege, eius rei adhuc ignaro, recepta fuerit. At bonus ille dolus, qui diu satis latuerat, anno 1702. mens. April. d. 7. detegebatur, eaque postea exercitum deterere iusta est. *Alia exempla* refert B. D. Beier in *Lib. II. de Prud. Jur. Milit. Tit. I. §. II. & III.* Quis vetterit, quelo, hanc permutari, si in milita- ri expeditione sua capta fuisset semina. Neque a per- mutatione eximuntur feminæ, quæ captæ sunt, cum vel hosti se opponerent, die aut der Wehr befunden worden/ ut habent verba supra cit. art. 54. vel exemplum quod in femi- nis permixtandis hostis dedit retorquendum sit, vel ita abu- traque belligerantium parte diserte conventum sit.

§. XLI. Consensu fratrum eorum, qui in dies iura &

pa-

CAPTIVORUM.

62

Pacta militaria expendunt, & ad praxim adlicant, a permute-
tatione illas quoque personas eximendas esse arbitror, quæ
non militaris, sed alterius officii causa, sive ecclesiastici, sive
Politici, castra sequuntur. Ex parte ius sunt praecones
verbi divini militares die Feli*b. Prediger* qui militibus de his,
quæ ad cœlestem doctrinam & salutem animarum attinent,
prospiciunt atque invigilant. Ac proinde hos, tanquam
militiae coelestis milites non permittare, sed gratis dimittere,
æquum esse videtur. Ut enim militia operis nullo non
tempore levantur, Hug. Grotius *de J.B. & P.Lib. I. cap. V. §.*
IV. in not. ita ab onere captorum pariter eos immunes esse
oportet. Quam immunitatem ad stadios etiam captos
extendit, D. Io. Jacob Muller in *Jus. Jurispr. Gent. L. I. C.*
IV. §. XXV. ad stipulante Hug. Grotio *in Lib. III. de J.B. &*
P. cap. II. §. VII. n. 2, quia iure repressaliarum illos *exemit.*
De Ministris vero verbi divini sic conventum est inter Duces
Imperatoris ac Regis. Gallicæ *in Cartel. d. a. 1702. art. 32.* die
Seelsorger und Capellane sollen beyderseits ohne Rantzen wieder
Zurücke geschicket werden / Nullus autem repugno, quin pa-
cium inter summos Imperantes, modo dictæ dispositioni ad-
versum, iniiri valide posit, ut personæ Ecclesiastica vel ly-
trum persolvant, quod ex militari praxi probat de pastore
20. thaleris redempto D. Gerhard. Feltmann *in Rep. Milit. IX.*
n. 172. vel cum aliis captis permittentur. Interim quas de fe-
minis alias dedilimitationes, easdem in clericis militaribus
valere puto, ut repetitione earum opus non sit.

§. XLII. Per eos autem qui Politici officii gratia in bel-
lo deprehenduntur, non tam intelligo consiliarios atque iudi-
ces militares, qui & ipsi non minus rei bellicæ, & ita simul
publicæ, prudentibus consiliis profund ac provident, quam
si præliis & vulneribus patriam penatesque defendenter:
nec minus, quam milites thoracibus, gladiis & clypeis ni-
tentes, munimine consili laborantium spem, vitam et po-
tacos tueruntur. *Bella enim non tam viris, & viribus, quam*
præ-

prudentia & consilio instituuntur, geruntur atque continuantur, & consilio plura, quam vi perfici, recte iudicat Scipio Ammiratus in *Diss. ad Tacit. L.2. Diss. 6.* Meum ergo propositum non est, hos a redimendorum aut permutandorum numero excludere, probe conscient eorum, quæ §. XXII. a me dicta sunt, daß sie entweder zum General oder Regiments-
Stab gehören / unde iusta officii ratione habita vel lytrum pendunt vid. *Cartel. d.a. 1678. art. 4.* vel cum aliis captis permutantur. Notatuvero dignum est, quod in novissimis paeti publici tabulis d. a. 1702. an. 34. diserte dicatur, der General Auditeur der Kaiserlichen Armee/ dessen Lieutenant , aliaeque personæ, ad iudicium militare spectantes sollen ohne Ranzion zurück geschicket werden. Ex diverso qui aliarum rerum causa versantur in exercitu, ut neque pugnant, neque pugnæ consulant. Sed propria aulæ munera sustineant e.g. Hoffmeister/ Stallmeister/ aut curam opemque vulneratis ac ægrotis præstent, Feld-Medici, aut a secretis sint, literarumque commerciis inferviant die Kriegs-Secretarien, quos omnes ac singulos gratis dimittendos esse puto: quod ad priores attinet in *Cartel. d.a. 1678. art. II.* die Hoffmeister/ Stallmeister sollen ohne Ranzion zurück gelassen werden/quod ad reliquos, fuse & clare agitur in *Novijs. Cartel. d.a. 1702. art. 32. 34. 35.* A quibus cause distinguendi sunt tabelliones, aut scribæ lustratorii die Musterschreiber/ qui non officium scribendi tantum exercent, sed & cum opus est, se se armant, militesque sequuntur, nihil propterea impedit, quo minus capti ad permutationem revocentur, uti clare testatus est D. Feltmann Resp. Milit. V. n. 29. denn ja heut zu Tage die Musterschreiber so unter Rittmeister und Hauptleuten in Deutschland bey Ihrer Compagnie Kriegs-Dienste pflegen zu thun und in Scharnücheln in ersten Glied oder hinter die Fahnen/nebenß andern Gefreyeten auf den Feind pflegen loszugehen. Fallum itaque est, quod Henricus Bocherus in lib.1. de Iure belli cap. XXIX. in f. hos a privilegiis militum repellit, & mutata rei militaris facie, pa-
rum apte adfert L. 16. C. de refl. milit. quæ matriculis quidem mi-

CAPTIVORUM.

militiae sacramento eos teneri, neque armis mancipari: quorum utrumque quotidiana experientia militaris refutat, quae a moribus contrariis legem illam Romanam in potestatem suam redactam esse liquido ostendit.

S. XLIII. De Venalitiariis aut propolis castrenibus von denen Marcketentern dicendum restat, quos captos ratione mercimonii nonnulli liberos esse contendunt. Quamvis enim mandato Duxis annonam aliasque res venales importent, diligentia etiam atque solertia sua faciant, ut victus militibus sufficiat, quod summopere commendat Flavius Vegetius de Re Milit. Lib. III. cap. 3. Veruntamen alii existimant, haec minus obstare modo indicatae a permutatione, aut solutione lytri, immunitati. Cum militiae non vacent, sed oeconomie fuze, neque hinc nomen militum mereri, nedum pariure cum illis aut onere uti possint. D. Walther de Metatis cap. VII. §. 46. Ioachimus Burger Cent. IV. O. LXIX. Et quia profectio illorum non est, castris semper adhaerere, sed accedere ac recedere, prout mercatus permiserit, ideo persuasum est multis venalitiarios captos ipsis militibus, in expeditione occupatis, & publicae utilitatis causa tot pericula adeuntibus, in permutatione non æquiparandos esse. Vid. Leonhardi Fronsbergeri Krieges-Buch L. III. p. 49. & 56. Non nego rationes has satis speciosas, quotidianæ tamen experientiae militari adversas esse. Quem enim fugit gravius & acrius in hos negotiatores, quam in ipsos milites, si forte capiantur, hostem animadverte. Cum non minus, quam alii comites, necessarium militiae officium præstent, carentque sedulo, ne victu deficiente, wann es an Zufuhre und Proviant mangelt/ fortissimi quoque militum sine ferro pereant, ut tis rursus est Flavius Vegetius de Re Milit. Lib. III. cap. 26 Quas ob causas publicis pactis nominatim includuntur, ut in Noviss. Cartel. d. 4. 1702 art. 51. Alle Marcketenter und Kaufleute zahlen ihre Mannion/ wenn sie gefangen werden/ für ihre Person wie ein gemeiner Soldate/ iungatur art. 52. Ergo cum his

I

his permutari posse venalitarios, nemo in posterum vetabit. Aliud dicendum est de famulis, qui dominos suos in bella comitantur, quoties capiuntur ab hoste, gratis eos dimitti, pasim observatur, ut p[ro]ne in regulam abiurit: daß alle Herren-dien[er] so Liverey tragen/sollen beyderseits ohne Ranzion zurück gelassen und nicht beraubet werden. vid. *Cartel. d. a. 1678 art. 8.* *§ 11. Cartel. d. a. 1702 art. 3.* De officialium militarium famulis barbare quidem pro genio istius ævi: at non imprudenter iudicat Alexander ab Imola *ad L. 16. C. de test. milit. n. 2.* Videmus quod nonnulla privilegia concessa militibus, tam coelestis, quam temporalis militiae, extendantur ad servitores eorum: non tamen habent dicti servitores privilegium. Ergo dum a commodis excluduntur famuli militares, nec one-repermutationis, aut redemtionis gravandi sunt.

§. XLIV. Indigni sunt permutation ob delictum⁽¹⁾ grassatores militesque vagabundi, die Freybeuter/ Schnaphanen/ Buschklepper oder Herrenlose Soldaten eisque in navalium militia opponuntur pirate die See-Näuber/ quia omnes ac singuli non gaudent iure militum, nec pro hostibus, sed latronibus habentur *L. 10. §. 2. & L. 24. D. de capt. L. 118. D. de V.S. c. q. 6. C. XXIII. q. 3. c. 12. C. XXII. q. 8.* Reinkardus Lubenow *de Occupat. Bellic. cl. 4. l. 4.* Petrinus Bellus in *P. II. de R.M. Tit. 2.* Si ergo capiuntur eiusmodi prædatores severissimis poenis subiiciendi sunt *Anib. sed novo iure C. de serv. fugit & Novell. CXXXIV. cap. 23.* Quibuscum vero plane non confundendi sunt excursiones facientes, vid. §. VIII. five terra die Partegänger/five mari/die See-Capers/modo sub mando Domini, aut Ducis, intra definitum numerum §. XIX. eas suscipiant, quo deminuto per conflitum, ex commeatu, vel alio Ducis attestato probare tenentur, quot eorum excurriscent, vid. *Cartel d.a. 1702. art. 54.* Joachimus Burgerus *Cent. I. O. L. (2) transfuga die Überläuffer.* Permutationis enim eventus est prioris status, in quo ante captivitatem quisque militum fuit, recuperatio. Sed transfugæ non habentur pro mi-

CAPTIVORVM.

militibus. L. 7. D. d. R. M. delictoque suo indigni declarantur iure postliminii L. 19. §. 4. D. de capt. nec quidquam aliud, atque poenam commeritos esse, eamque capitalem, expeditum est iure militari tam recentiore vid. Brand. K. R. T. XVIII. art. 46. quam vetustiore L. 3. §. 10. D. de R. M. & L. 7. b. t. Quibus similes sunt capti, qui cum possunt redire, non redeunt L. 5. §. 5. D. de R. M. Balthasar Ayala de iure & offic. bell. Lib. III. cap. XIII. Petrus Faber L. 1. semestr. cap. XIX. Georgius Obrecht de Discipl. Milit. th. 1051. seq. & quamvis hostis cogi non possit, ut transfugam, qui sua sponte te dedit, priori Domino restituat, ut pluribus demonstrare conatur Hugo Grotius de I. B. & P. Lib. III. cap. I. §. ult. & cap. XX. §. XII. cum tamen plerique bellorum Domini de transfugis idem hodie sentiant, quod olim Indibilis apud Livium in Hist. L. 27. c. 17. Scire se transfugenomen execrabile veteribus sociis, novis suspicendum esse. Igitur paetis inter se conveniunt, de non recipiendis, aut reddendis, transfugis communis securitatis causa eos impellente, qua exemplis Potentissimi Daniæ Regis & Serenissimi Holsatia Ducis, itemque Gloriosissimi Electoris Brandenburgici Friderici Wilhelmi Magni Ducisque Gallorum Turenii confirmare possem, nisi alii labori haec D. Praeses hauri ita pridem destinavisset. Frustra de his excipit milites fugæ propositum celantes Julius Ferretus in Tr. de R. M. Tit. quid sit agend. per Duc. in pral. n. 40. Cum vero Arcadius & Honorius Imperatores in L. s. C. ad L. Jul. Maiest. eadem severitate voluntatem sceleris, qua effectum puniri velint, idcoque rigor militum parum congrua Ferreti sententia esse videtur. (3) dediti, quoties ob negligentiam, aut ignoriam, aut festinationem nimiam, quatenus ad pri- man denunciationem statim, auf die geschehene erste Aufforderung / cum armis abhuc resistere potuissent hosti, non restiterunt, sed illico se dediderunt, quia necessariis utilibusque militibus convenient permutatio §. XV. & XIII. At tales esse nequeunt, qui cum armati escent, favente etiam occasione, intra necessitatem se ab hoste capi parti sunt. Per deditio-

nem itaque, ex dictis causis in potestatem hostium venire, non turpe modo, sed & animadversione dignum quam plurimæ gentes reputaverunt. Claudio Cotereus in lib. III. de Jur. Milit. cap. 2. præsertim Romanæ L. 2. §. 1. D. de R. M. L. 4. D. de capt. Hugo Grotius de J. B. S. P. L. III. cap. IX. §. VIII. Ioachimus Burger Cent. I. O. X. Aliarum gentium, quæ sub gravissimis poenis festinatam hanc deditiōnēm prohibuerunt, constitutiones militares legere licet in Corp. Jur. Milit. uti sunt Imperatoris Maximiliani I. U. B. art. 4. Maximiliani II. U. B. art. 14. Ferdinandi II. U. B. art. 19. iunctis Schwedisch R. R. T. 12. art. 57. Dāniisch R. R. art. 21. § 27. Ius milit. Polon art. 30. § 31. Brandenburgisch R. R. T. 8. art. 40. Hesisch R. R. art. 18. Württenbergisch R. R. art. 15. Hinc superiorē bello inter Gallos ac Foederatos gesto Gubernatori munimenti Dux myndens E. capite stetisse intempestivam & sui, & præsidii militaris deditiōnem, uti resertur in Theatri Europæi Tom. XIV. p. 772. & 775. quantumvis milites, ab eo seducti culpa huius deditiōnis absoluvi, & præterita permutationis adhuc capaces declarati fuerunt, de quibus supra dictum est. (4) Desertores, quos disciplina militaris Romana nunquam impunes tuliit. L. 2. pr. § 6. L. 5. pr. D. de R. M. præmioque promislo his, qui illos prodiderint L. 1. C. de diff. in lib. XII. nec non permissa contra resistentes licentia interficiendi L. 2. C. h. r. Neque ab illo rigore defecit recentior disciplina militaris, quam observare datum est, in Maximiliani II. R. B. art. 61. § 21. B. art. 11. Schwedisch R. R. Tit. IX. art. 47 Dāniisch R. R. art. 90. Brandenburgisch R. R. Georgius Obrecht. de Discipl. Milit. n. 1993. Balthasar. Ayala in Lib. HI de iur. Soffie. bell. cap. XII. tot. Nam propter summum periculum, quod ubique imminent in bello, Dux fidis militibus atque munimenti indiget. Et si multi deserant castra Rempblicam eiusque exercitum produnt, ac dum pericula repellere debent, ea videntur augere. Ex qubus circumstantiis haud difficile est

judi-

CAPTIVORVM.

69

iudicatu, quantopere intersit Dominorum belli, rigidissimos
 desertorum esse vindices. Neque obstat, quod non minus per-
 mutatio desertorum detur, quam captorum, eius causa du-
 rante adhuc contra Gallos, bello pacta in publicis scriptis con-
 venta esse, das schriftliche und formlich Cartel darüber sind
 aufgerichtet worden. Quorum exempla duo recensere non
 alienum est ab hoc argumento: unum inter Duces Regis
 Prusiae, gloriofissimae memoriae, & Augustissimi Regis Danie-
 li, alterum inter Duces modo laudati Regis Prusiae, beatissi-
 me nuper defuncti, & Potentissimi Electoris Hannoverani,
 quorum utriusque in eo convenit, ut de permutandis invicem
 desertoribus agant, vel uti verba habent, derer Cartels in pr.
 wegen Mutueller extradirung derer von beyderseits Trouppen de-
 sertirenden. Accedente postea confirmatione tantorum bel-
 li Dominorum, quæ ad prius attinet pactum anno 1706. d. 29.
 Decembr. & ad posterius anno 1707. d. II. April, secuta est,
 eoque modo ad finem optatum perducta est permutatio
 illa desertorum, quem præcrys art. I. die Deserteurs auf
 erfolgende reclamation jederzeit reciprocirlich extradiren und
 auszöhlen zu lassen / & art. 7. die Deserteurs innerhalb 4. Wo-
 chen mutuel einzulefern. Sed quotusquisque, re adcuratius
 perpensa, non statim animadvertisit, præter mutuam militum
 dimissionem, utramque permutationem nihil inter se com-
 mune habere, quin potius eventu plurimum inter se discrepan-
 ce. Nam captorum ad eorum favorem ac liberationem; contra
 desertorum permutatio ad odium ac promeritam poenam
 directa & facta est. Sic placuit Potentissimis istis belli Do-
 minis, ut pauciores castra deserenter, si permutatio hæc
 sit in promptu, eaque usu salubris & misericordia melior ad-
 paruit, ut de puniendis desertoribus quoque consilium Tä-
 citi est 15. Ann. 35. Denique minus digni censentur permu-
 tatione (5) qui inter lixarum calonumque turbas versantur.
 Die sich ohne Noth unter dem Troß begeben / vel ex morbi si-
 mulatione, ut periculo se subducant, vel ex captatione pri-
 vati

I 3

DISS. DE PERMVTATIONE

vati commodi, ut tanto securius vagari ac latrocinari queant, quos etiam severa Romanorum disciplina militaris non dimisit impunitos per *L. 6. pr. & §. 5. D. de R. M. Ahalverus Fritschius de Transitu Milii. cap. II.* Franciscus Bonbra de arte belli & pac. Disc. 16. Iura vero ceterarum gentium tales milites indignos omnibus beneficiis declarant, eosque ad officium citra moram & sub poena quidem revocandos esse volunt, Maximilianus II. A. B. art. 67, 68, Ferdinandi III. A. B. art. 72. 73. Oberfächsichs. Kreiß A. B. art. 7. Joachimus Burgerus in C. V. O. 77. quod ad illos pariter extendunt, die außerhalb oder hintern Herzog ohne richtigen Paß. Zettul von Ihren Obersten sich finden lassen. Schwedisch. A. B. art. 64. Brandenburgisch. R. R. Tit. VI. art. 31. Atque hos milites Romani, cum procul discessissent ab exercitu, desertoribus comparaverunt, teste Lipsio in lib. IV. de Milit. Rom. Dialog. 4. Quare interest militis inter calones versantis, quamprimum fieri potest, testimonio Medici aut chirurgi campestris probare veritatem morbi sui, si reliquorum iure in posterum uti velit. Ferdinandus Christophorus Behamb Obser. Milit. IX. Custodes autem sarcinarum & impedimentorum a permutatione sub hoc praetextu eo minus excludere licet, quando clarius pro eis militat, partim ius divinum, ut praedae militaris fiant participes i. Sam. XXX. 24. partim ratio belli, quia hostis si absque praesidio relinquatur die package exinde tanquam parte imbecilliore praedam sperat captatque faciliorem, ac pro renata invitatur, Unde aliud est inter calones latere, aliud in praesidio esse necessario, uti recte limitavit Joachimus Burgerus Cent. V. O. 76. in pr. Plures quidem casus ubertas huius argumenti promittit: at non temporis angustia, quo excludor, eos adhuc permitit evolvere. Ideoque Lectores Benevoles rogo, ut his contenti, mihiique sanguentes esse velint, donec cum Deo ac die qui forte defecisse videntur, pro viribus meis superad- dantur.

F I N I S.

NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO RESPONDENTI SUO.

S. P. D.

PRÆSES.

Plurimos mortalium ita affectos esse, sentio, ut quod vitæ genus ipsi non sequuntur, illud potius reiiciant ac damnent. Nihil ergo frequenter fando percipitur, quam opponi inter se ius & arma. Neque vulgi solum hæc est opinio, sed & viri docti ac prudentes haut raro eamdem tuentur. Evidem vulgi lubricum linguæ ad examen vocandum esse, consultum non duco, utpote quod, non de his, quæ secundum disciplinam militarem bene se habent, iudicium suum deponit, sed in depravatis unice hæret ac subsistit. Altioris videntur indaginis esse ea, quæ rerum militarum non penitus imperiti castra se- cutis obiectare, rectique colore illinere solent. Non tum est, quid Seneca parum prudenter dixerit: *Non posse quemquam, eodem tempore & bonum virum & bonum ducem agere.* At quanta etiam prudentia hac in re unusquisque illorum sibi cum Seneca blandiatur, mirifice tamen fallitur, ac comites suos graviter seducit. Necesitate enim requirente, ubi iudex deficit in terris, ibi bellum omnino incipit. Si vero prudentis semper est habitum, temporibus cedere,

cere-

certe imprudentis erit, nolle necessitati parere. Cum ergo illis, qui rerum potiuntur, non aliud suppetat remedium, atque bellum, quo iniuriam sibi illatam depellere possunt. Dum bello impliciti vires suas iure, & ius quoque viribus, metiuntur, id agunt, quod eis urgente necessitate convenit, qui Dei in orbe terrarum vice furiuntur. Non ignoro, multos sibi persuadere aliosq; in bellis ius, fas & fidem vilia esse nomina, quos argumentum hoc de *captivorum permutatione*, quod publica luce donavisti, errore suo facile convincet. Atque isto semel electo, fremente etiam invidia, Te veræ, non simulatae, juris prudentiae, hoc usque deditum fuisse, sat is abundeque ostendis. Ad utrumque enim tempus & bellorum & pacis respiciendum est legitimæ scientiae cupido, ut in partibus militaris quoque officiis sibi credendis promptus ac paratus esse possit. Cum igitur alacri studio id præstiteris, Amice suavisime, ab eo tempore, quo in notitiam tui perveni, inde me sustentat spes quam pulcherrima, ut in utroq; tempore virtutis ac diligentiae Tuæ præmia sis reportaturus. De quibus ex animo Tibi gratulor, ac me favori Tuo etiam atque etiam commendo. Dab. in Frider. Academ. d.
X. April. MDCCXIII.





Die Venus wolte einst Minerven attaquiren/
Sie meinje/ daß ihr wär ein grosser Tort ge-
schehn/
Wie? sprach sie: Wilst du mir auch diesen Sohn
entführen?

Den ich so gerne hätt in meinem Neß gesehn.
Minerva sprach hierauf: wie magst du dich beschwehren?
Er hat ja ohne Zwang sich zu mir her gemacht/
Mein Hauß das kan ich ja nicht einem solchen wehren/
Der mir ergeben ist/ ob er dich gleich veracht.
Er wird zu seiner Zeit nach abgewischtem Schweiſſe/
Schon kommen in dein Hauß und bey dir fehren
ein/

Anieho stöhr' ihn nicht in seinem größten Fleiſſe/
Und laß mich unterdeß mit ihm vergnüget seyn.
So gehts/ mein Freund/ wer sich Gelehrsamkeit erwehlet/
Wie du/ Der achtet nicht der Wollust süßen Zug
Darum wird Er hernach mit unter die gezehlet/
Die die gelehrt Welt mit Wahrheit nennet flug.

Dein

Dein Fleiß / Geehrtester / wird allbereit geehret /
Dass du Minervens Sohn und treuer Diener
heist
Hat dieses Meister-Stück vollkommen ausgelehret /
In dem es durch sich selbst den klugen Meister
preist.
Nun steige immer fort bis zu Minervens Throne /
Und wann du den erlangt / sieh' wo die Venus
sitzt /
Damit sie endlich dir mit einer Schönheit lohne /
Da Tugend und Verstand aus ihren Augen blist.

Hierdurch will dem WohlEdlen Herrn Re-
spondenten gehorsamst gratuliren dessen
ergebenster Diener.

Johann Christoph von Taubenheim /
als Opponens.

In wohlgemuthes Pferd bedarf der Sporn
nicht /
Es ist schon von Natur zum guten unterricht.
Nicht anderst geht es zu mit Kunst ergebnen
Sinnen /

Sie sporen sich selbst an / was rühmlichs zu beginnen.
Diese angesezte geringschätzige Zeilen hat
dem Herrn Respondenten als seinem viel-
geehrten und sehr werthen Freunde bey-
fügen wollen.

Joh. Matthias von Bruiningt.
Augusta-Vindelicus.

Cet ouvrage où vous etalez
Une capacité, qui ne cede à pas une,
Est un échantillon de ce que vous valez.
C'est un présage heureux d'une grande fortune.

Voilà le sincère sentiment de celui qui est
vraiment

Votre Serviteur

Abel Weinmann, Opp.
Stutgard. - Wurtemb.

Lentuleos quod a junct Proavos stemma dedisse:
Id Tua nunc Virtus LENTE de cursa monet.

Summis hisce lineis Nobilissimo Dn. Gmelin, ad
virtuosa quævis festinanti, ac laudabile stu-
diorum specimen in nostra Fridericiana e-
denti, Cognitionem, Popularitatem, &
quod vis amicitia genus testari voluit

M. Georgius Philippus Godelmann,
Adelbergæ Virtenbergicus.


Die kan/ da Pythias auf den Catheder steiget/
Doch Damons Freundschafts Pflicht so
unbeweget sehn?
Dass sie nicht auch zugleich ihr höchst Vergnü-
gen zeuget.
Weil dieser Herzens-Trieb stimmt stetig überein.

Denn laß mein Pythias , des Damons Freundschaft
lallen/
Und zeugen/ wie er dich von ganzem Herzen liebt;
Laß einen Freundschafts-Blick auf diese Zeilen fallen/
Die er dir als ein Pfand bewehrter Liebe giebt.
Sey allezeit vergnügt/ betritt die Ehren-Stuffen/
Die dein beherzter Fleiß sich selbst hat aufgericht/
So will ich sonder Zwang aus frohem Herzen rufen
Vivat, geehrter Freund/ vergiß nur meiner nicht!

Dieses schriebe dessen Aufrichtiger.

Joh. Andreas Wacker/
Stud.





L-S

ULB Halle
002 051 028

3





B. C. D. *Pa. 4. num. 37.*

DISSE^TATI^O IVRIS MILITARIS
D E 1713 P.
PERMVTATIONE
CAPTIVORVM,
von 111
Auswechselung derer Kriegs-
Gefangenen/
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE
BRANDENB. & reliqua
PRAESIDE
IO. FRIDEMANN SCHNEIDER,
Ph. & I.V.D.
PHILOSOPH. ORDINARIO, JVRIVM EXTRAORDI-
NARIO, PROFESSORE
IN AUDITORIO MAIORE
D. April. ANNO MDCCXIII.
Publico ac modesto Eruditorum examini subiicit
IO. FRIDERICUS GMELIN
LL. Cultor Stuttgardia-Wurtembergicus,
HALAE MAGDEBURGICAE,
Typis JOH. GRUNERI, Academ. Typogr.